(1) 不違, noli ab incepto deficere, sed animis majore observantia emollitis, belle et cum arte, sensim sine sensu, correptionem insinua.

(2) 一則 repetitum, respondet nostro *tum, tum :* est scilicet discretivum, *primum quidem, dein vero.*

(3) Facta non respondere verbis.

(4) Memineris pronomen 之 non semper ad expressum antecedens referri, sed aliquando rem aut personam, de qua agitur, denotare.

---

distans, cognati remotiores. 疏, Clare explicare. 蔬, Olera. *R.* 103.

冶 Yé, metalla liquare.
縲 Lei, vincire, rudens, 纍.
絏 Sié, vincire, 紲.

子謂南容、邦有道不廢、邦無道免於刑戮、以其兄之子妻之、

○子謂子賤、君子哉若人、魯無君子者、斯焉取斯、

○子貢問曰、賜也何如、子曰、女器也、曰、何器也、曰、瑚璉也、

○或曰、雍也仁而不佞、子曰、焉用佞、禦人以口給、屢憎於人、不知其仁、焉用佞、

○子使漆雕開仕、對曰、吾斯之未能信、子說、

○子曰、道不行、乘桴浮于海、從我者其由與、子路聞之喜、子曰、由也好勇過我、無所取材、

○孟武伯問子路仁乎、子曰、不知也、又問、子曰、由也、千乘之國、可使治其賦也、不知其仁也、求也何如、子曰、求也、千室之邑、百乘之家、可使爲之宰也、不知其仁也、赤也何如、

戮, Lou, 戮 Liao, necare: convicium.
瑚 Hou, vas sacrificum pro millio sub dyn. Hia.
璉 Lien, vas sacrificum pro millio sub dyn. Chang.
佞 Ning, versutiloquus, eloquio pollens.
禦 Yu, defendere : impedire.
給, Ki, dare, subministrare. Kié, verbilevis.
屢 Liu, sæpe.
憎 Tseng, odisse.
漆, T'si, vernix : n. fluvii. T'sié T'sié, attento ore.
雕 Tiao, sculpere : 鵰, haliæetos (*aigle de mer*).

Confucius dicebat de Nan yong; si regnum potiatur ordine, non rejicietur; si regnum destituatur ordine, evadet a pœnis et nece. Sumpsit sui fratris filiam et tradidit illi nuptui.

2. Confucius dicebat de Tse tsien, quantæ sapientiæ iste vir! at si regnum Lou non haberet sapientes, ille unde sumpsisset eam?

3. Tse kong interrogans ait : ego Se quomodo? Confucius ait : tu es vas. Subjungit : quodnam vas? Reponit : gemmata capedo (1).

4. Quidam dixit : Yong perfectus, at non facundus. Confucius reponit : ad quid inservit facundia? excipiens alios cum verborum discussione, sæpe odio habetur ab aliis : nescio an ille perfectus; at ad quid inservit facundia?

5. Confucius jusserat T'si tiao k'ai magistratum; respondens ait : ego id necdum potui indubitate noscere (2). Confucius gavisus est.

6. Philosophus ait : mea doctrina non propagatur : si conscensa rati fluctuam in mari, qui me sequetur is nonne Yeou? Tse lou id audiens gavisus. Confucius subjunxit : Yeou, amas fortitudinem plusquam ego; at cares quo feras judicium de rebus (3).

7. Regni Lou magistratus Mong ou pé interrogavit, an Tse lou corde perfectus esset; Confucius ait : nescio. Iterum petiit; Confucius ait : Yeou, in mille quadrigarum regno, potest fieri ut regat ejus milites : nescio illius cordis perfectionem (4). Et Kieou quomodo? Confucius ait : Kieou, in mille familiarum urbe, centumve quadrigarum familia, potest gerere ejus gubernatorem; nescio illius cordis virtutem. Et T'che quomodo? Confucius ait :

---

(1) 女 sonat 汝. Sacrificum vas millio excipiendo destinatum, a prima dynastia 瑚, a secunda dynastia 璉, a tertia 簠 et 簋 appellabatur.

(2) Id, scilicet magistratum, seu gubernandi artem.

(3) 材 pro 裁.

(4) Antiquitus ad colonarii instar subministrabantur milites; ideo 賦, quod colonarium significat, etiam milites designat.

開 K'AI, aperire : incipere.
仕 SE, magistratum gerens.
桴 FOU, ratis parva : magna dicitur 筏 (FEOU) linea tegularum in culmine domus.
浮 FEOU, supernatare, fluctuare.
賦 FOU, tributum in pecunia aut tela : opera regi debita : cœlitus infusus : ordinatim exponere.
邑 I, urbs, territorium.

子曰、赤也、束帶立於朝、可使與賓客言也、不知其仁也、

○子謂子貢曰、女與回也、孰愈、對曰、賜也何敢望回、回也聞一以知十、賜也聞一以知二、子曰、弗如也、吾與女弗如也、

○宰予晝寢、子曰、朽木不可雕也、糞土之牆、不可杇也、於予與何誅、始吾於人也、聽其言而信其行、今吾於人也、聽其言而觀其行、於予與改是、

○子曰、吾未見剛者、或對曰、申棖、子曰、棖也慾、焉得剛、

○子貢曰、我不欲人之加諸我也、吾亦欲無加諸人、子曰、賜也、非爾所及也、

○子貢曰、夫子之文章、可得而聞也、夫子之言性與天道、不可得而聞也、

○子路有聞、未之能行、唯恐有聞、

○子貢問曰、孔文子何以謂之文也、子曰、敏而好學、不恥下

束 Chou, ligare : fascis. *R.* 75.
帶 Tai, zona : portare. *R.* 50.
賓 Pin, hospes invitatus. 儐, Hospitem excipere. 擯, abjicere. *R.* 154.
客 K'o, adveniens hospes.
愈 Yu, superare : magis : 瘉, convalescere. 愉, hilaris.
二 Eul, duo.
晝 Tcheou, dies, diei medium. *R.* 72.
寢 T'sin, dormire, quiescere : domus penetrale, templi adytum.

T'che adstrictus cingulo consistens in regia, posset cum hospitibus eloqu : nescio ejus interiorem virtutem.

8. Philosophus alloquens Tse kong ait : tu cum Hoei, quisnam potior ? Respondens ait : Se, qui ausim suspicere Hoei ? Hoei, audiens unum inde scit decem, Se audio unum ad sciendum duo. Confucius ait : non vales illum ; ego concedo tibi quod non vales (1).

9. Tsai yu die cubabat ; Confucius ait : putridum lignum non potest cælari, e sordido luto murus non potest tectorio exornari : pro Yu porro ad quid correptio (2) ? Initio ego quoad alios, audiens eorum verba, jam credebam eorum actionibus ; nunc ego quoad alios, audio eorum verba, et observo eorum actiones : a Yu porro correxi hoc (3).

10. Philosophus ait : ego nondum vidi fortiter rigidum. Quidam subjungens ait : Chen t'chang. Confucius reponit : T'chang voluptati deditus ; qui potest esse fortis ?

11. Tse kong ait : ego quod nolo alios addere super me, ego etiam volo non addere super alios ; Confucius ait : Se, non est quod tu sis assequutus.

12. Tse kong ait : Magistri concinnum decorum, possum obtinere ut percipiam : at Magistri doctrinam de natura cœlique lege, non datur percipere.

13. Tse lou si habuerat documentum quin illud potuerit in actum deducere, id solum timebat ne nova haberetur auditio.

14. Tse kong interrogans ait : K'ong wen tse (4) ob quid vocatus est expolitus ? Confucius ait : sagax et amans studium, nec erubescebat

---

(1) 與 secundo tono, sæpe est verbum, et significat 1° sinere. 2° dare. 3° cooperari. 4° amice congredi. 5° sequi, stare ab aliquo. 6° expectare. 7° uti.

(2) 與 primo tono, particula.

(3) Tsai yu illius facta non respondebant verbis.

(4) Regni Wei (衛) toparcha.

朽 Hieou, putrescere.
糞 Fen, stercus, stercorare.
墻 T'siang, murus.
杇 Ou, trulla, trullissare.
誅 Tchou, castigare, plectere.
棖 T'cheng, postes. T'chang, nomen Confuciani discipuli.
慾 Yu, cupido, libido.

問、是以謂之文也、

○子謂子產、有君子之道四焉、其行已也恭、其事上也敬、其養民也惠、其使民也義、

○子曰、晏平仲、善與人交、久而敬之、

○子曰、臧文仲居蔡、山節藻梲、何如其知也、

○子張問曰、令尹子文、三仕爲令尹、無喜色、三已之、無慍色、舊令尹之政、必以告新令尹、何如、子曰、忠矣、曰、仁矣乎、曰、未知、焉得仁、崔子弑齊君、陳文子有馬十乘、棄而違之、至於他邦、則曰、猶吾大夫崔子也、違之、之一邦、則又曰、猶吾大夫崔子也、違之、何如、子曰、清矣、曰、仁矣乎、曰、未知、焉得仁、

○季文子、三思而後行、子聞之曰、再、斯可矣、

產 T'CHAN, parturire : patrimonium.

晏 YEN, quies : sudum. NGAN, sero, tarde. YEN 宴, quies, otium : convivari. *R.* 72.

臧 T'SANG, recondere, congregare. TSANG, bonus, abundans. *R.* 131.

蔡 T'SAI, olera : regnum antiquum : magna emys : regula. 蔡, Sa, mittere in exilium.

藻梲 TSAO, ceratophyllum. TCHOUO, columella trabi imposita. T'OUO, magnus baculus.

崔 T'SOEI, excelsus.

inferiores interrogare : propter hoc vocatus est expolitus.

15. Philosophus dicebat regni Tcheng toparcham Tse t'chan habere sapientis dotes quatuor : Is sua agens est humilis, serviens superiori est obsequiosus, alens populum est beneficus, administrans populum est æquus (1).

16. Philosophus ait : Regni T'si toparcha Yen p'ing tchong apposite cum aliis amicitiam nectit; diutine, et adhuc reveretur eos.

17. Philosophus ait : Regni Lou toparcha Tsang wen tchong habitaculum fecit magnæ testudini; montibus insculpuntur columnarum capitelli, ceratophyllo depinguntur trabium columellæ; quomodo is sapiens (2)?

18. Tse tchang interrogans ait : Nobilis administrator Tse wen ter magistratus factus gessit ministrum, nec habuit gaudii speciem; ter cessavit ab eo, quin ulla esset displicentiæ species; antiqui ministri administrationem, profecto illam edocebat novum ministrum (3); is quomodo? Confucius ait : fidelis quidem. Subjungit : an corde perfectus? Reponit : nondum scivi; qui attigerit perfectionem? Toparcha T'soei tse occidit T'si regulum (4). T'si toparcha T'chen wen tse habens equorum decem quadrigas, reliquit hæc et abscessit illinc; cum pervenerit in aliud regnum, tunc dixit : assimilantur meo magno magistratui T'soei tse, et discessit hinc; adivit unum aliud regnum et iterum dixit : assimilantur meo magno magistratui T'soei tse, et discessit hinc : quomodo? Confucius ait : purus quidem. Subjungit : an corde perfectus? Reponit : nondum scio; qui attigerit perfectionem?

19. Regni Lou toparcha Ki wen tse iterum iterumque cogitabat, et postea agebat : Confucius hoc audito ait : bis jam sufficit.

---

(1) Perpende gemellarum phrasium cum particula 也 structuram.

(2) Testudinem, quæ uni divinationis usui esse debet, sic apud se asservare, et futile et irreligiosum habetur. Illud vero testudinis genus a loco duxit nomen.

(3) 令尹, regni T'chou 楚 summus administrator. — Recolendus illius 以 usus : proprie enim significat *sumere, uti;* indeque adhibetur tanquam nota regiminis, seu directi seu indirecti. At vel præcedere, vel subsequi solet suum regimen, vel etiam, ut hic, subsequitur phrasim, quam totam velut sibi subjectam regit.

(4) Regni T'si regulum 莊公.

弑 Che, occidere superiorem. *R.* 62.
棄 K'i, abjicere, relinquere. *R.* 75.
清 T'sing, nitidus, purus.
再 Tsai, iterum. *R.* 13.

○子曰、甯武子、邦有道則知、邦無道則愚、其知可及也、其愚不可及也、

○子在陳曰、歸與歸與、吾黨之小子、狂簡、斐然成章、不知所以裁之、

○子曰、伯夷叔齊、不念舊惡、怨是用希、

○子曰、孰謂微生高直、或乞醯焉、乞諸其鄰而與之、

○子曰、巧言令色、足恭、左丘明恥之、丘亦恥之、匿怨而友其人、左丘明恥之、丘亦恥之、

○顏淵季路侍、子曰、盍各言爾志、子路曰、願車馬、衣輕裘、與朋友共、敝之而無憾、顏淵曰、願無伐善、無施勞、子路曰、願聞子之志、子曰、老者安之、朋友信之、少者懷之、

甯 NING, malle. 寧, Quies. *R.* 101.

狂 K'OANG, ferus, : stultus, inconditus : altiora intendens quam opere assequatur.

裁 T'SAI, vestem secare. 裁 discernere : moderari. *R.* 145.

叔 CHOU, patruus minor. *R.* 29.

念 NIEN, cogitare : recitare.

希 HI, sperare, expectare : rarus, parum.

乞 K'I, rogare, mendicare.

醯 HI, acetum.

匿 NI, abscondere.

顏 YEN, facies, frons.

侍 CHE, ad latus assistere.

盍 HO, quidni ? operire : unire.

輕 K'ING, levis, parvifacere. 輕, Velox.

裘 K'IEOU, vestis pellicea.

20. Philosophus ait : toparcha Ning ou tse, regno habente ordinem tunc sapivit; regno amittente ordinem, tunc insanivit : ejus sapientia potest attingi, ejus insipientia non potest attingi (1).

21. Confucius cum esset in T'chen ait : revertar jam, quidni revertar? mei pagi filioli, animo grandi tenuiorumque incurioso, conspicuoque sunt absoluti decoro, at normam nesciunt ad quam id exigant (2).

22. Philosophus ait : Pé i et Chou t'si non recogitabant antiqua errata; aversantes illos ideo erant rari (3).

23. Philosophus ait : quis dicet regni Lou hominem Wei cheng kao esse rectum? Cum quis petierit acetum, ipse petiit a suo vicino, et dedit illi.

24. Philosophus ait : phalerata verba, fucatam faciem, exaggeratum officium, antiquus sapiens Tsouo k'ieou ming ea erubescebat; ego K'ieou etiam ea erubesco : recondere odium, et amice tractare unum aliquem, Tsouo k'ieou ming id erubescebat; ego K'ieou etiam id erubesco (4).

25. Yen yuen et Ki lou ad latus aderant : Confucius ait : quidni singuli dicatis vestrum animum? Tse lou ait : vellem currus et equos, et indui levibus rhenonibus, cum amicis ea communicare, eaque pessumdantibus neutiquam tamen succensere. Yen yuen ait : vellem non jactare meas dotes, nec amplificare merita (5). Tse lou addit : vellem audire magistri votum. Confucius ait : senes, alimento eos tranquillare; amicos, fidelitate eos prosequi; juniores, amore eos fovere.

---

(1) Sub Wen 文 regulo, regno 衛 tranquillo, sapienter is magistratum gessit : mox T'cheng 成 regulus turbavit omnia, regnumque amisit; tunc toparcha, recedentibus aliis, velut insipiens principis fortunam est secutus, donec ei regnum, regnoque tranquillitas fuerit restituta.

(2) Confucius videns suam doctrinam nullos habere profectus, discipulos in regno Lou relictos cogitat.

(3) 是 用 idem ac 是 以.

(4) 足' legitur tsiu, *excedere*.

(5) *Vel* nec affere aliis molestiam.

敝' Pi, vilis : profligatus, detritus : lacera vestis.

少' Chao, parum, deesse. 少, Junior. *R.* 42.

○子曰、已矣乎、吾未見能見其過、而內自訟者也、

○子曰、十室之邑、必有忠信如丘者焉、不如丘之好學也、

○子曰、雍也、可使南面、仲弓問子桑伯子、子曰、可也簡、仲弓曰、居敬而行簡、以臨其民、不亦可乎、居簡而行簡、無乃大簡乎、子曰、雍之言然、

○哀公問弟子孰爲好學、孔子對曰、有顏回者好學、不遷怒、不貳過、不幸短命死矣、今也則亡、未聞好學者也、

○子華使於齊、冉子爲其母請粟、子曰、與之釜、請益、曰、與之庾、冉子與之粟五秉、子曰、赤之適齊也、乘肥馬、衣輕裘、吾聞之也、君子周急不繼

面 Mien, facies, superficies.
弓 Kong, arcus.
桑 Sang, morus alba.
乃 Nai, sed, autem, tunc : tu. *R.* 4.
遷 T'sien, transmigrare, promoveri.
短 Toan, brevis. *R.* 111.
粟 Sou, milium : grana corticata.
釜 Fou, ahenum : mensura continens 6 modios et 4 cotylas, seu medimnus.
庾 Yu, horreum sub dio. 與斗, Mensura continens 16 modios.
秉 Ping, pugillus : prehendere : mensura 80 vel 20 modiorum. *R.* 115.
肥 Fei, pinguis. *R.* 130.
急 Ki, præceps, sollicitus, angustatus.

---

(1) 已矣乎 vel 已矣夫, *actum jam, cessandum ergo?* 已 pro verbo habetur: sic 我已矣夫, ego perii jam! Ceterum tres particulæ simul junctæ nec raro occurrunt, uti 也與哉 *qui tandem?* 焉爾乎 *num vero?* et hujusmodi aliæ.

26. Philosophus ait : itane ergo (1) ? ego nondum vidi, qui possit videre suos defectus, et interius seipsum incusare.

27. Philosophus ait : decem familiarum pagus certe habet fidelem et sincerum, sicut me K'ieou ; at non, sicut me K'ieou, amatorem sapientiæ studii.

PARS POSTERIOR.

1. Philosophus ait : Yong posset fieri meridiei obversus (2). Tchong kong interrogavit de Tse sang pé tse (3). Confucius ait : bene quidem ; modicus est (4). Tchong kong ait : vita rigidus, administratione autem modicus, et sic gubernare suum populum, nonne quidem juste ? At vita remissior indeque administratione remissior, nonne tunc erit nimis remissus (5) ? Confucius ait : mei Yong verba recta sunt.

2. Ngai regulus petiit, e discipulis quis esset amans studium sapientiæ ; Confucius respondens ait : Erat Yen hoei, qui amabat hoc studium : non transferebat iram (6), non bis fallebat : at infeliciter brevis fuit vitæ et mortuus est : nunc vero nemo est ; nondum percepi amatorem hujus studii (7).

3. Tse hoa missus fuerat in T'si, Jan tse pro illius matre petiit annonam. Confucius ait : des illi medimnum ; petiit augmentum : ait : des illi ducenarium pondus : Jan tse dedit illi frugum quinque milliaria pondera (8). Confucius ait : T'che petiit regnum T'si vectus pinguibus equis, indutus leves rhenones : ego illud audivi, quod sapiens opitulatur indigentibus, non vero

---

(2) Princeps forum agens meridiei obvertebatur.

(3) Diogenem diceres sinicum : laceris vestibus et sine pileo incedebat : sed rectus et simplex e Lou oriundus homo.

(4) 簡, ad sola momentosa, velut in compendium, restrictus, in minutioribus non multus, aut importunus, sed modicus, facilis, remissior.

(5) 乃 1° innuit sequelam, *et tunc, et hinc :* 2° explanat, *scilicet :* 3° significat *tu.*

(6) Non ex passione irascebatur, proindeque illi soli succensebat, qui dignus erat objurgatione.

(7) 亡 idem ac 無. Hoei, 32 annos natus obiit.

(8) 釜 continebat sex modios 斗 et quatuor cotylas 升. 庾 continebat 16 modios. 秉 continebat 80 modios, seu 16 mensuras 斛, quæ mensura licet plures paucioresve modios pro temporum varietate continuerit, in libris tamen quinque modiis pensitari solet.

富、原思爲之宰、與之粟九百、辭子曰、毋、以與爾鄰里鄉黨乎、

○子謂仲弓曰、犂牛之子、騂且角、雖欲勿用、山川其舍諸、

○子曰、回也、其心三月不違仁、其餘則日月至焉而已矣、

○季康子問仲由可使從政也與、子曰、由也果、於從政乎何有、曰、賜也可使從政也與、曰、賜也達、於從政乎何有、曰、求也可使從政也與、曰、求也藝、於從政乎何有、

○季氏使閔子騫爲費宰、閔子騫曰、善爲我辭焉、如有復我者、則吾必在汶上矣、

○伯牛有疾、子問之、自牖執其手、曰、亡之、命矣夫、斯人也、而有斯疾也、斯人也、而有斯疾也、

原 Yuen, origo, proprium : planities. 愿, Sincerus.

鄉 Hiang, pagus, 100 domus : 12500 domus. 向, Obversus : olim.

犂 Li, aratrum : bos versicolor.

騂 Sing, equus russeus.

角 Kio, cornu : contendere : angulus.

舍 Ché, domus, hospitium. 舍, Dimittere, relinquere, 捨. *R.* 135.

藝 I, plantare : ars.

閔 Min, cognomen. 僶, Conari. 愍, condolere.

騫 K'ien, damnum pati : equi morbus in ventre. *R.* 187.

汶 Wen, fluvius in Chan tong.

牖 Yeou, fenestella ; illuminare, dirigere.

addit divitibus. Yuen-se agebat ejus administrum (1); dedit huic frugum nongentas mensuras ; recusavit. Confucius ait : ne ita : eas largieris tuis villis, pagis, oppidis, vicis, quidni (2)?

4. Philosophus loquens de Tchong kong dicebat : Versicoloris vaccæ pullum, rufulum et adeo belle cornutum, licet velis non adhibere, montani fluvialesque spiritus an illi rejicient (3)?

5. Philosophus ait : Hoei! ejus cor tres menses non excedebat cordis perfectione : ceteris vero diei mensisve est meta, et non amplius (4).

6. Ki k'ang tse interrogavit an Tchong yeou potis esset fungi administratione : Confucius ait : Yeou est judicii potens, pro fungendo munere, quid erit negotii? Ait : Se poteritne fungi gubernii munere? Reponit : Se est penetrantis ingenii ; pro fungendo munere quænam erit difficultas? Ait : K'ieou poteritne interesse gubernio? Reponit : K'ieou est dotibus pollens ; ut intersit gubernio, quid difficultatis erit (5)?

7. Ki cognominatus misit ad Min tse k'ien, ut gereret urbis Pi gubernatorem. Min tse k'ien ait : belle pro me recuses : quod si sit qui revocet me, tunc ego profecto ero Wen fluvium supra (6).

8. Pé nieou habebat infirmitatem : Confucius invisit illum, et ex fenestra apprehendens illius manum ait : amittetur ; fatum est! talis est vir, et tamen habet talem morbum! talis vir qui fit, ut habeat talem morbum (7)!

---

(1) Dum Confucius ageret in regno Lou supremum pœnarum præfectum 司寇.

(2) 鄰 quinque, 里 viginti quinque, 鄉 duodecim millibus et quingentis, 黨 quingentis familiis constabant.

(3) Pater illius discipuli vilis et malus. Multicolores victimæ respuebantur, russeus color sub dynastia Tcheou vigebat. 且 valet *imo*.

(4) 其餘, *qui reliqui sunt*.

(5) Recole quæ de particula 乎 particulam 於 fulciente diximus.

(6) Fluvius Wen erat inter Lou et T'si regna : ait ergo se ad T'si regnum recessurum. 費 in Chantonensi præfectura 沂州.

(7) Infirmus solebat adversus meridiem cubare : si rex inviseret, lectulus ad meridiem deferebatur. Discipulus lepra laborans, ut honoraret Confucium, ad meridiem lectulum transtulerat : quod Confucius subodoratus, declinavit honorem et non est ingressus.

○子曰、賢哉回也、一簞食、一瓢飲、在陋巷、人不堪其憂、回也不改其樂、賢哉回也、

○冉求曰、非不說子之道、力不足也、子曰、力不足者、中道而廢、今女畫、

○子謂子夏曰、女爲君子儒、無爲小人儒

○子游爲武城宰、子曰、女得人焉爾乎、曰、有澹臺滅明者、行不由徑、非公事、未嘗至於偃之室也、

○子曰、孟之反不伐、奔而殿、將入門、策其馬曰、非敢後也、馬不進也、

○子曰、不有祝鮀之佞、而有宋朝之美、難乎免於今之世矣、

○子曰、誰能出不由戶、何莫由斯道也、

簞 Tan, cista rotunda.
瓢 P'iao, cucurbita, cochlear ex cucurbita.
陋 Leou, vilis, rusticus.
巷 Hiang, trames. *R.* 49.
堪 K'an, posse : tolerare : par esse.
畫 Houo, linea, lineas ducere : supputare. 畫 Hoa, pingere, delineare. *R.* 102.
儒 Jou, litteratus.
城 T'cheng, mœnia, ædificare mœnia, mœnita urbs.
澹 T'an, 澹臺, cognomen. 澹, Aqua commota. 淡, Simplex, insipidus.
臺 T'ai, ara, solium : carex. *R.* 133.
滅 Mié, destruere.
徑 King, semita.
偃 Yen, dejicere, prosternere.

9. Proh quam sapiens ille Hoei! cum unius fiscellæ cibo uniusque cucurbitulae potu, manebat in vili angiportu; alii non ferrent hujusmodi squalorem, Hoei nec immutabat suam laetitiam : proh quam sapiens ille Hoei!

10. Jan k'ieou ait : non quod non amem magistri doctrinam; vires non suppetunt. Confucius ait : cui vires non sufficiunt, is media via deficit : nunc vero tu haerescis (1).

11. Philosophus alloquens Tse hia ait : tu esto sapiens litteratus; ne sis vulgaris litteratulus (2).

12. Tse yeou agebat Ou urbis gubernatorem. Confucius ait : tu esne nactus hominem? Respondit : est T'an t'ai mié ming, qui vians non sequitur compendiariam, et nisi pro publico negotio, nondum unquam accessit ad Yen domum (3).

13. Philosophus ait : Lou toparcha Mong tche fan non se jactat : capta fuga, tunc erat in postsignanis; jam portam ingressurus, stimulavit suum equum dicens : non quod ego ausus fuerim retro esse, equus noluit progredi (4).

14. Philosophus ait : si non habes precatoris T'ouo facundiam, nec habes Song principis Tchao pulchritudinem, difficile est quod servaberis in præsenti sæculo (5).

15. Philosophus ait : quis potest exire nisi per ostium? et quare nemo transit per hanc naturalis legis viam?

---

(1) 說 sonat 悅. 女 sonat 汝. 畫 veluti limitem sibi delineare; potes et non vis.

(2) Inhians favores hominum.

(3) 武 urbs regni Lou. — T'an t'ai, hominis cognomen; Mié ming, ipsius agnomen. — Yen domum, *seu* meum prætorium.

(4) Lou a T'si exercitu in fugam acto, recessit ultimus, quin ultimus recessisse voluerit videri. In exercitu, primum agmen 啟, extremum 殿' appellatur.

(5) 祝, precator, qui in parentalibus fausta sacrifico a Manibus precabatur : 鮀, regni 衛 toparcha; 朝, regni Song haeres.

奔 Pen, fugere, currere. *R.* 37.
殿' T'ien, templum. Tien, postremum agmen.
進' Tsin, ingredi : introducere, offerre : promovere.
祝, Tchou, sacrificii precator. 祝' Tcheou, deprecari spiritus.
鮀 T'ouo, cognomen.
誰 Choei, quis?
戶 Hou, ostium : familia.

○子曰、質勝文則野、文勝質則史、文質彬彬、然後君子、

○子曰、人之生也直、罔之生也幸而免、

○子曰、知之者、不如好之者、好之者、不如樂之者、

○子曰、中人以上、可以語上也、中人以下、不可以語上也、

○樊遲問知、子曰、務民之義、敬鬼神而遠之、可謂知矣、問仁、曰、仁者先難而後獲、可謂仁矣、

○子曰、知者樂水、仁者樂山、知者動、仁者靜、知者樂、仁者壽、

○子曰、齊一變、至於魯、魯一變、至於道、

○子曰、觚不觚、觚哉觚哉、

○宰我問曰、仁者雖告之曰、井有仁焉、其從之也、子曰、

勝 Cheng, vincere, superare. 勝, muneri par, sustinere. *R.* 19.

野 Yé, campi deserti ; sylvestris, rudis.

史 Che, historiographus. *R.* 30.

彬 Pin, ornatus cum veritate conjunctus. Pan, speciosus, splendens. *R.* 59.

觚 Kou, angulatum poculum. *R.* 148.

井 Tsing, puteus. *R.* 7.

---

(1) 之 ad sapientiam hîc referri jam adnotavimus.

(2) Haud ab eis superstitiosa religione felicitatem suam exquirere, cum

16. Philosophus ait : si nativa simplicitas superet culturæ ornatum, tunc eris rudis; si ornatus superet simplicitatem, tunc fies prætorii scriba; si ornatus et simplicitas debita sint proportione, nonnisi tunc eris sapiens.

17. Philosophus ait : homo nascitur rectus; quod non rectus tamen vivat, fortunata est dispensatio.

18. Philosophus ait : cognoscens sapientiam non sicut amans illam; amans illam non valet eum, qui delectatur illa (1).

19. Philosophus ait : mediocrem hominem supereminentes possunt edoceri sublimiora; mediocri homini inferiores non possunt sublimiora edoceri.

20. Fan t'che interrogavit de prudentia. Confucius ait : vacare hominum naturali perfectioni, revereri varios spiritus et procul se habere ab eis (2), potest dici prudentia. Petiit de cordis perfectione : ait : perfectus si anteponat partem difficilem et postponat acquisitionem, poterit dici perfectus (3).

21. Philosophus ait : prudens delectatur aquarum fluiditate, perfectus amat montium immobilitatem ; prudens actione movetur, perfectus virtute quiescit; prudens jucunde vivit, perfectus est longævus (4).

22. Philosophus ait : Regnum T'si si uno gradu immutetur, perveniet ad regni Lou gradum : Lou si uno gradu proficiat, perveniet ad rectam normam.

23. Philosophus ait : angulatum poculum sine angulis; o quale, o vere angulatum vas (5) !

24. Tsai ngo interrogans ait : philanthropus, vel si moneas illum dicens : *in puteo est homo*, hunc eo ille prosequetur (6). Confucius ait : quomodo

---

ignotæ sint potestatis ; sed totam sollicitudinem in rem certam, uti naturalis est perfectio, conferre. Ex hoc et ex capitis secundi §. 13., clare patet, Confucium in Spiritus credere, sed parum iis, totum vero summo Cœlo attribuere.

(3) Pars difficilis, de qua potissimum solliciti esse debemus, est sensus mortificatio.

(4) Juvare prudentiam dicitur aquarum fluiditas, quod nihil ejus actionem moratur. 樂' in prima et secunda phrasi legitur yao, *oblectari*, *amare ;* in ultima, ubi de effectibus agitur, sonat lo 樂).

(5) 觚 œnophorum erat angulatum : tempore autem Confucii, amissa forma, nomen retinebat; adeoque exemplo utitur philosophus ad vanos titulos irridendos.

(6) Discipulus rem ita affirmans, de absurdo, qnod inde consequitur, implicite interrogabat.

何爲其然也、君子可逝也、不可陷也、可欺也、不可罔也、

○子曰、君子博學於文、約之以禮、亦可以弗畔矣夫、

○子見南子、子路不說、夫子矢之曰、予所否者、天厭之、天厭之、

○子曰、中庸之爲德也、其至矣乎、民鮮久矣、

○子貢曰、如有博施於民、而能濟衆、何如、可謂仁乎、子曰、何事於仁、必也聖乎、堯舜其猶病諸、夫仁者、己欲立而立人、己欲達而達人、能近取譬、可謂仁之方也已、

卷四

子曰、述而不作、信而好古、竊比於我老彭、

○子曰、默而識之、學而不厭、誨人不倦、何有於我哉、

逝' Che, ire, præterire : mori.

畔' P'an, agrorum confluia. 叛, Rebellis.

矢' Che, sagitta : patefacere : jurare.

濟' Tsi, flumen trajicere : adjuvare : voti compos. 濟, Fluvius in Chan tong : 濟濟, frequens, multus.

病' Ping, morbus : angor : defectus.

竊, T'sié, clam surripere : sibi arrogare.

彭 P'ang, multus, frequens. P'ong, ire : abundans : tympani sonitus.

識, Che, cognoscere. Tche 誌', recolere, memorare.

倦' Kiuen, lassus.

hoc ita erit? Sapiens poterit admoveri, non poterit præcipitari : poterit decipi, non poterit hallucinari (1).

25. Philosophus ait : sapiens late incumbit in scientiam, et moderatur eam ad honestatis leges; sicque poterit non refragari sapientiæ.

26. Confucius invisit Nan tse; Tse lou inique tulit : Confucius imprecatus ait : si est quod ego peccavi, cœlum me rejiciat, me rejiciat (2).

27. Philosophus ait : æquabilis medii virtus, nonne illa summa est? Hominum paucorum est, et jamdudum.

28. Tse kong ait : si sit qui late beneficus in populum, etiam possit omnibus opitulari, is quomodo? an poterit dici philanthropus? Confucius ait : qui agis de philanthropia ? at nonne requiretur sanctus? Yao et Choen, illi adhuc laborabant de hoc (3). Philanthropus volens ipse consistere, etiam erigit alios; volens ipse penetrare, etiam promovet alios : posse ab intimo sui sumere exemplum, id dicendum philanthropiæ tessera (4).

CAPUT QUARTUM.

Philosophus ait : refero et non creo; credo et amo antiquitatem, mihi sumens assimilari cum meo Lao p'ong (5).

2. Philosophus ait : meditari animoque doctrinam infigere, addiscere et non fastidire, instituere alios et non deficere, ecquid inveniuntur in me (6)?

---

(1) Potes efficere ut sapiens eat, non ut se det præcipitem : potest enim decipi circa factum, non circa fas hallucinari : probe quippe scit, se semel præcipitem jam non posse homini ferre suppetias. 仁 corrigitur 人.

(2) Nan tse, Wei reguli (衛靈公) perditis moribus uxor, Confucium advocaverat.

(3) Volentes enim omnibus succurrere, de facto non poterant. 諸, hîc valet 之 : universim ergo hæc particula 1º valet 於, 2º valet 之, 3º dubitans interrogat, 4º est auxiliaris.

(4) 仁, alias philanthropia seu charitas est naturalis, alias interior et vera perfectio, qua naturale lumen constanter sequamur. 近, *a proximo*, seu *a se*.

(5) Lao p'ong, sapientissimus dynastiæ Chang toparcha, qui diu vixisse fertur. 竊 *sibi arrogare*, humilitatis est vox.

(6) 識 tche, memoria tenere.

○子曰、德之不修、學之不講、聞義不能徙、不善不能改、是吾憂也、

○子之燕居、申申如也、夭夭如也、

○子曰、甚矣吾衰也、久矣吾不復夢見周公、

○子曰、志於道、據於德、依於仁、游於藝、

○子曰、自行束脩以上、吾未嘗無誨焉、

○子曰、不憤不啓、不悱不發、舉一隅、不以三隅反、則不復也、

○子食於有喪者之側、未嘗飽也、子於是日哭、則不歌、

○子謂顏淵曰、用之則行、舍之則藏、惟我與爾有是夫、子路曰、子行三軍則誰與、子曰、暴虎馮河、死而無悔者、吾不與也、必也臨事而懼、好謀而成者也、

修 Sieou, componere, restaurare, excolere.

講 Kiang, narrare, explanare.

徙 Si, transmigrare.

甚 Chen, nimis, valde. *R.* 99.

衰 So, vestis ex paleis contra pluviam. Choai, deficere, tabescere. T'soei 縗, vestis lugubris dissuto limbo. *R.* 145.

夢 Mong, somnium. 夢, Caligans, obscurus. *R.* 36.

據 Kiu, pignus, testimonium : inniti : occupare locum.

憤 Fen, indignatio ex congesto mœrore. 憤, Indignatio non assequendi quod scire desideratur.

啟 Ki, aperire : exordiri : exercitus primum agmen. *R.* 30.

悱 Fei, non posse loqui quod desideratur.

3. Philosophus ait : virtutem non excoli, scientiam non edisseri, cognitam justitiam non posse prosequi, minus rectum non posse emendare, hæc me sollicitant.

4. Confucius vacivus degens, exporrecto erat animo hilarique fronte.

5. Philosophus ait : admodum sane ego contabui : jamdiu ego non amplius per somnium video Tcheou Ducem (1).

6. Philosophus ait : intende in rectam doctrinam, insiste in virtutem, adhære in cordis perfectionem, te recrea in liberalibus disciplinis.

7. Philosophus ait : si ipsemet præferens fasciculum siccæ carnis ascendat, ego nondum ullum non edocui (2).

8. Philosophus ait : non conantem intelligere non erudio, non conantem loqui non expedio ; si proposito uno angulo, nequeas de tribus ceteris reponere, jam non repetam.

9. Confucius comedens ad habentis funus latus, haud unquam saturabatur : Confucius in qua die condoluerat, jam non cantabat.

10. Philosophus alloquens Yen yuen dixit : ut adhibiti quidem agamus, depositi vero latitemus, duntaxat ego et tu sumus ita. Tse lou ait : si magister educeret tria agmina, tunc quemnam sibi associaret (3) ? Confucius ait : sine armis aggredientem tigrem, sine cymba se committentem flumini, morientemque absque dolore, ego non mihi associarem : si quem deberem, profecto qui aggreditur res cum circumspectione, et amat præmeditari ad perficiendum.

---

(1) Mente per diem in Ducis exempla infixa, hujus imago per somnium, dum vigerent anni, recurrebat : evanuit autem, ingravescente ætate.

(2) Minimum minerval, sed ab alumno ipso reverenter oblatum ; fasciculus constabat decem frustis. Phrasis potest etiam sic explicari : ab offerente fasciculum carnis et ultra, ego omnes æque edocui.

(3) Agmen constabat 12500 viris : potentiora regna habebant tria agmina.

側, Tché, inclinatus : ad latus : vilis. T'É 特, speciatim.
哭, K'ou, plorare. *R.* 30.
歌 Ko, cantio, hymnus.
軍 Kiun, exercitus, legio 12500 hominibus constans. *R.* 159.
虎 Hou, tigris.
馮 P'ing, equus velox : inniti, fidere : sine adminiculo inniti. Fong, cognomen. *R.* 187.

○子曰、富而可求也、雖執鞭之士、吾亦爲之、如不可求、從吾所好、

○子之所慎、齊戰疾、

○子在齊聞韶、三月不知肉味、曰、不圖爲樂之至於斯也、

○冉有曰、夫子爲衛君乎、子貢曰、諾、吾將問之、入曰、伯夷叔齊、何人也、曰、古之賢人也、曰、怨乎、曰、求仁而得仁、又何怨、出曰、夫子不爲也、

○子曰、飯疏食、飲水、曲肱而枕之、樂亦在其中矣、不義而富且貴、於我如浮雲、

○子曰、加我數年、五十以學易、可以無大過矣、

鞭 Pien, scutica.
肉 Jou, caro. 肉 Jeou, caro pinguis, exquisita.
圖 T'ou, mappa, figura : machinari.
衛 Wei, custodire, protegere. *R.* 144.
諾 No, annuere.
飯 Fan, oryza cocta. 飯, Alere, cibi sumptio.
肱 Kong, pars brachii superior.
枕 Tchen, cervical. 枕, Caput reclinare.
雲 Yun, nubes.

---

(1) Prosequar sapientiam.

(2) A quibus sacrificii exitus, hominum vita, salus propria pendebat. 齊 sonat 齋.

(3) In historiis media phrasis sic legitur : 學之三月, eique studens tres menses.

(4) Ling 靈 regulus ejecerat hæredem, qui novercam occidere tentaverat,

11. Philosophus ait : si divitiæ quidem possent comparari, vel tenentem scuticam administrum, ego etiam id agerem : at quando non penes me est comparare, prosequar ego quod affecto (1).

12. Confucius quibus sollicite attendebat, castum, bellum et morbus (2).

13. Philosophus in T'si audiens musicam « *Concordia* », tresque menses quin perciperet carnium saporem, ait : non cogitabam componentem musicam pervenisse ad hunc gradum (3).

14. Jan yeou ait : an magister est pro regni Wei principe (4)? Tse kong respondit : bene : ego mox sciscitabor hoc. Ingressus ait : Pé i et Chou t'si cujusmodi sunt homines? Respondet : antiquitatis sapientes (5). ait : piguitne facti? Reponit : quæsierant perfectionem et adepti sunt perfectionem, quid adhuc pigendum? Egressus dixit : magister non favet (6).

15. Philosophus ait : vesci grossioribus cibis, potare aquam, complicare cubitum ad incumbendum ei, voluptas etiam inest inter hæc : at sine æquitate divitem esse atque nobilem, pro me est sicut fluctuans nubes (7).

16. Philosophus ait : si adderentur mihi aliquot anni, et quinquaginta studerem Mutationibus, possem vacare magnis culpis (8).

Hujus filius, regulo defuncto, avo successit, et advenientem patrem armis propulit : de isto quæritur.

(5) Primus et tertius filius principis regni Kou tchou 孤竹, qui, abdicato regno, aufugerunt. Cum enim pater moriens regno destinasset minorem natu, quem tenerius diligebat, populus autem primogenitum vellet regnare, neuter voluit accipere gubernium, eoque fratri, cujus non extat nomen, relicto, aufugerunt.

(6) Sapientum abdicatio redarguit principis in patrem impii ambitionem.

(7) 枕 tertio tono, *cervical facere*, caput reclinare : fluctuans nubes, exprimit se id levissimum ducere. 且 est 1° copulativa, sed innuit sequelam, *adeoque ;* vel rem auget, *et etiam*, 騂且角 rufulus et belle cornutus. 2° significat *immo*, idque vel expressius, uti 且子過矣 imo tu errasti ; vel lenius, ita ut valeat *jam, et quidem*, uti 余且老 ego jam senex. 3° innuit transitum, *at, ceterum, porro.*

(8) Putat interpres 加 pro 假, mendum esse ; itemque illud 五十 pro 卒 mendose irrepsisse, quandoquidem tunc Confucius prope septuagenarius erat ; sensus ergo esset : commodatis mihi aliquot annis, perfecte ut studerem Mutationibus.

○子所雅言、詩書執禮、皆雅言也、

○葉公問孔子於子路、子路不對、子曰、女奚不曰、其爲人也、發憤忘食、樂以忘憂、不知老之將至云爾、

○子曰、我非生而知之者、好古敏以求之者也、

○子不語、怪、力、亂、神、

○子曰、三人行、必有我師焉、擇其善者而從之、其不善者而改之、

○子曰、天生德於予、桓魋其如予何、

○子曰、二三子、以我爲隱乎、吾無隱乎爾、吾無行而不與二三子者、是丘也、

○子以四教、文、行、忠、信、

○子曰、聖人、吾不得而見之矣、得見君子者斯可矣、善人、吾不得而見之矣、得見有恆者斯可矣、亡而爲有、虛而爲盈、約而爲泰、難乎有恆矣、

雅 Ya, rectum, decorum. 鴉, Corvus. *R.* 172.

桓 Hoan, columellæ ante templa erectæ : 桓桓, strenue : 盤桓, aditu difficile.

魋 T'oei, species fulvi ursi: cognomen.

虛 Hiu, vacuus, inanis : constellatio. K'iu 墟, magnus collis : antiqua mœnia.

盈 Yng, plenus.

17. Philosophus quæ passim loquebatur, Carmen, Annales, et servare ritus; hæc omnia passim loquebatur.

18. Ché Dux (1) quæsivit de Confucio a Tse lou; Tse lou non respondit: Confucius ait : tu quare de me non dixisti : ille est homo, qui enitens scire, obliviscitur comedere, reque lætatur ut immemor sit dolorum, nec sentiat senectutem mox adventuram.

19. Philosophus ait : ego non sum ex nativitate jam doctus sapientiam; amans antiquitatem sategi ad eam exquirendam.

20. Philosophus non loquebatur de monstris, violentiis, turbationibus et spiritibus.

21. Philosophus ait : si tres homines iter facimus, certo erit meus magister : seligam istius bona et prosequar ea, illius non recta et ea emendabo.

22. Philosophus ait : Cœlum infudit virtutem in me; Hoan T'oei, ille quid me faciet (2)?

23. Philosophus ait : vos duo tresve filioli, putatisne me quid celasse? Ego nil celavi vos, ego nihil egi, quod non communicaverim meis filiolis : ita est K'ieou (3).

24. Philosophus in quatuor erudiebat, in scientia, moralitate, fidelitate, et veracitate.

25. Philosophus ait : sanctum virum, ego non obtinui ut illum viderem; si obtineam videre sapientem, jam bene erit : perfectum virum, ego non potui adhuc illum videre ; si queam videre habentem constantiam, tunc bene erit. Non habere et tamen facere possidentem, esse vacuus et tamen facere plenum, esse pauper et tamen facere magnificum, difficile est ut sit durabile (4).

---

(1) Ché, regni T'chou civitas; ejus præfectus arroganter usurpaverat Ducis titulum.

(2) In regno Song, præfectus belli Hoan t'oei arborem succidi jusserat, sub qua Confucius discipulos exercere solebat : quod discipulis timorem ingesserat, ne ipsum magistrum præfectus tollere vellet.

(3) Sinenses reverentiæ causa pronuntiant Meou, uti jam notavimus.

(4) Est enim facere aliquem, seu gerere personam, quæ vacuo nititur fundamento. 亡 sonat 無.

○子釣而不綱、弋不射宿、

○子曰、蓋有不知而作之者、我無是也、多聞擇其善者而從之、多見而識之、知之次也、

○互鄉難與言、童子見、門人惑、子曰、人潔己以進、與其潔也、不保其往也、與其進也、不與其退也、唯何甚、

○子曰、仁遠乎哉、我欲仁、斯仁至矣、

○陳司敗問昭公知禮乎、孔子曰、知禮、孔子退、揖巫馬期而進之曰、吾聞君子不黨、君子亦黨乎、君取於吳爲同姓、謂之吳孟子、君而知禮、孰不知禮、巫馬期以告、子曰、丘也幸、苟有過、人必知之、

○子與人歌而善、必使反之、而後和之、

○子曰、文、莫吾猶人也、躬行君子、則吾未之有得、

○子曰、若聖與仁、則吾豈敢、抑爲之不厭、誨人不倦、

釣 Tiao, hamus : inescare.
綱 Kang, funis rete muniens : cardo, principium.
弋 I, jaculari, sagittam funiculo alligatam jacere.
宿 Sou, sistere : pernoctare. 夙, Mane. 宿 Sieou, constellatio.
互 Hou, simul, mutuo. *R.* 7.
童 T'ong, puer, puber. *R.* 117.
潔 Kié, purus, nitidus.
司 Se, præesse, curam gerere. *R.* 30.
敗 Pai, destruere : debellari.
巫 Ou, saga, oratrix. *R.* 48.
吳 Ou, antiquum Nankini regnum. 吳 Hoa, vociferari. *R.* 30.
豈 K'i, quomodo? numquid? K'ai 愷, lætari, epinicia. *R.* 151.

26. Philosophus hamo et non reti piscabatur, jaculans non sagittabat quiescentes (1).

27. Philosophus ait : quod si sunt qui nesciunt et tamen rem agant, ego non ita. Multis auditis, seligere quæ bona sunt, eaque persequi, et multa videre, illaque mente infigere; sciendi secunda classis est (2).

28. Pago Hou hiang difficile erat communicare documenta : puer se præsentavit : discipuli titubabant. Confucius ait : cum quis se purificet ad ingrediendum, approbo illum purificari, non spondeo de illius anteactis : approbo illum ingredientem, non approbo illum recedentem : porro quid ita severi (3)?

29. Philosophus ait : cordis perfectio nunquid longe abest? Si ego volo perfectionem, statim perfectio adest.

30. Regni T'chen praefectus criminum petiit, an regni Lou Tchao regulus nosceret ritus; Confucius respondit noscere ritus. Confucio recedente, salutavit discipulum Ou ma k'i, et introducto eo dixit : ego audiveram sapientem virum non facere coitionem : an sapiens etiam facit coitionem? Princeps uxorem duxit a regno Ou, quæ erat ejusdem cognominis, et dixit eam Ou mong tse : si princeps vero noscit ritus, quis non noscit ritus? Ou ma k'i id retulit : Confucius ait : ego K'ieou fortunatus; si habeo culpam, alii certo illam resciunt (4).

31. Philosophus congrediens aliquos canentes et vero perite, certo jubebat repetere illud, et postea concinebat illis.

32. Philosophus ait : in litteris forte ego sicut ceteri : at quod ipse agam sapientem, ego vero nondum id sum consecutus.

33. Philosophus ait : si agatur de sanctitate atque perfectione, tunc ego quî ausim? Si e contra quod ea agendo non fastidiam, edocendo alios non

---

(1) 弋, alligata sagitta, venabatur prætervolantes aves : multas occidere non ferebat.

(2) Post abstractam rerum scientiam secundo loco venit. 蓋, particula quodammodo explanans.

(3) Non approbo quæ forte antea egerit, vel quæ postea recedens aget. Ceterum mancum censet hunc locum interpres.

(4) 司敗 idem ac 司寇 in regno T'chen. 取 sonat 娶. Regna Lou et Ou cognomine 姬; fraude substituit cognomen Tse 子. Improbatur ergo Confucius, quasi malo principi coeat ad contegendum ejus peccatum.

則可謂云爾已矣、公西華曰、正唯弟子不能學也、

○子疾病、子路請禱、子曰、有諸、子路對曰、有之、誄曰、禱爾于上下神祇、子曰、丘之禱久矣、

○子曰、奢則不孫、儉則固、與其不孫也、寧固、

○子曰、君子坦蕩蕩、小人長戚戚、

○子溫而厲、威而不猛、恭而安、

○子曰、泰伯其可謂至德也已矣、三以天下讓、民無得而稱焉、

○子曰、恭而無禮、則勞、愼而無禮、則葸、勇而無禮、則亂、直而無禮、則絞、君子篤於親、則民興於仁、故舊不遺、則民不偷、

○曾子有疾、召門弟子曰、啓予足、啓予手、詩云、戰戰

西 Si, occidens.
誄 Lei, elogium funebre.
祇 K'i, quies : magnus : spiritus terrestres. Tchi, solummodo : venerari, 祇.
坦 T'an, planus, æqualis.
蕩 T'ang, ample : movere : dissipare : complanatus.
厲 Li, severitas, immitis : superiore corpore indutus tranare.
猛 Mong, crudelis, immitis.
葸 Si, timidus, meticulosus.
絞 Kiao, contorquere : strangulare : præproperus in alios carpendo. 絞 Hiao, viridis : zona.
偷 T'eou, furari : tenue.
召 Tchao, advocare. Chao 邵, nomen loci : altus. R. 30.

fatiger, id vero potest affirmari, et nihil aliud. Kong si hoa ait : enimvero, id scilicet discipulus non potest addiscere (1).

34. Confucio graviter aegrotante, Tse lou petiit fieri deprecationes. Confucius ait : fit ne hoc? Tse lou respondit : fit quidem : euchologium ait : precamur vos in superis et inferis, cœli terraeque Spiritus. Confucius ait : ego K'ieou deprecor jamdiu (2).

35. Philosophus ait : si prodigus, tunc non es obsequens : si præparcus, tunc tenax; potius quam non obsequens, præstat esse tenax.

36. Philosophus ait : Sapiens vir tranquillus dilatato est animo, vulgaris homo semper mœrenti est corde.

37. Confucius comis cum gravitate, severus sine asperitate, officiosus cum maturitate.

PARS POSTERIOR.

1. Philosophus ait : T'ai pé, ille potest dici summæ virtutis sane. Iterum iterumque imperium cessit, et populo nec datum ut laudibus celebraret.

2. Philosophus ait : officiosus at sine modo, tunc molestus; attentus sine regula, tunc meticulosus; strenuus sine moderatione, tunc perturbator; rectus sine discretione, tunc anxius : sapiens princeps studiosus sit erga parentes, tunc populus assurget ad virtutem : veterani et antiquiores non negligantur, tunc populus non parvipendet (3).

3. Tseng tse habens morbum, vocavit scholæ discipulos et ait : detegite meos pedes, et detegite meas manus (4). Carmen (II. 41.) ait : *sis pavidus,*

---

(1) Aliqua hic recolenda : 若, *quod attinet ad :* 與 copulat sine oppositione aut sequela : 則 conclusionis nota : 抑 particula adversativa : 之 refertur ad sapientiam, seu sanctitatis perfectionisque viam : 云 爾 servit exceptioni, *hoc tantum :* 已 矣 definit absolute, *et nihil aliud :* 正 *proprie, ad amussim.*

(2) Me scilicet perficere conor ad propitiandos spiritus, et evitandam peccati pœnam.

(3) 禮, ritus, norma, civilitas, honestas, decorum.

(4) Videte, illæsæ sunt. Integrum ergo corpus exhibere potero parentibus, a quibus integrum accepi. Quod cum difficile sit, nonnisi in morte se incolumem servatum potuerit affirmare.

兢兢、如臨深淵、如履薄冰、而今而後、吾知免夫、小子、

○曾子有疾、孟敬子問之、曾子言曰、鳥之將死、其鳴也哀、人之將死、其言也善、君子所貴乎道者三、動容貌、斯遠暴慢矣、正顏色、斯近信矣、出辭氣、斯遠鄙倍矣、籩豆之事、則有司存、

○曾子曰、以能問於不能、以多問於寡、有若無、實若虛、犯而不校、昔者吾友、嘗從事於斯矣、

○曾子曰、可以託六尺之孤、可以寄百里之命、臨大節而不可奪也、君子人與、君子人也、

○曾子曰、士不可以不弘毅、任重而道遠、仁以爲己任、不亦重乎、死而後已、不亦遠乎、

○子曰、興於詩、立於禮、成於樂、

○子曰、民可使由之、不可使知之、

兢 King, timere, cautus. *R.* 10.
深 Chen, profundus. 深, Profunditatem metiri.
履 Li, calceus coriaceus : pedibus terere.
鳴 Ming, avium vox : resonare.
貌 Mao, exterior figura.
慢 Man, contemnere, inofficiosus.
鄙 Pi, pagus 500 familiarum : contemnere, tenuis.
籩 Pien, calathus sacrificus pro bellariis. *R.* 118.
豆 Teou, phaseolus : pyxis lignea pro sacrificis pulmentis : mensura continens quatuor cotylas.
實 Che, plenus : solidus : verax : fructus, effectus. 至, pervenire.
校 Kiao, repagulum : contendere, altercari : examinare, comparare. 校 Hiao, Gymnasium.

sis cautus, sicut instares profundæ voragini, sicut calcares tenuem glaciem ; jam nunc in posterum ego agnoscam me servatum, o filioli.

4. Tseng tse ægrotante, Lou toparcha Mong king tse obsalutavit eum. Tseng tse erudiens ait : avi mox moritura, ejus vox est lugubris ; homo cum est moriturus, ejus sermo quidem bonus. Sapiens quæ majoris æstimat in vitæ ratione sunt tria : ut efferendo corporis habitum, in hoc removeat arrogantiam et dissolutionem ; componendo oris speciem, tunc accedat ad sinceritatem ; et proferendo verborum sonum, jam absit ab indecoro et absono : calathorum pyxidumque res vero habent administros qui servent (1).

5. Tseng tse ait : ut instructus peritia sciscitaretur ab imperito, instructus multis quæreret a tenuiore, habens perinde esset ac non habens, plenus perinde ac vacuus, offensus neque controversaretur, olim meus sodalis jam impendebat operam in hæc (2).

6. Tseng tse ait : cui possit committi sex palmorum pupillus, possitque concredi centum stadiorum imperium, et subeunti magnum discrimen adhuc non possit eripi, is sapiens vir ? Sapiens vir sane (3).

7. Tseng tse ait : litterati nequeunt, quin magnanimi et fortes sint : onus grave et via longa. Cordis perfectionem susceperunt in proprium onus ; nonne quidem grave est ? Mortui tunc demum cessabunt ; nonne etiam longum est (4) ?

8. Philosophus ait : exordire a Carmine, confirmaberis per Ritus, perficieris per Musicam.

9. Philosophus ait : populus potest fieri ut sequatur aliquid, fieri nequit ut comprehendat illud.

---

(1) 倍 sonat 背. Minoris momenti res, magnus administrator non curat.

(2) De Yen yuen 顏淵 agitur. Illius 以 usus attendendus.

(3) Agitur de regio pupillo : antiquitus pes brevior. — Perpende illud 與 interrogans, et illud 也 affirmans : 與 primo tono, solum, plerumque interrogat ; sociatum, interrogando exclamat ; geminatum, dubium proponit.

(4) De muniorum candidatis est sermo.

昔, Si, olim : nox. T'souo, quiescere.

託, T'ouo, fidere, inniti : commendare.

尺, T'che, pes sinensis. *R.* 44.

寄, Ki, inniti, inhærere : diversari : tradere.

弘 Hong, magnus, amplificare.

○子曰、好勇疾貧、亂也、人而不仁、疾之已甚、亂也、

○子曰、如有周公之才之美、使驕且吝、其餘不足觀也已、

○子曰、三年學、不至於穀、不易得也、

○子曰、篤信好學、守死善道、危邦不入、亂邦不居、天下有道則見、無道則隱、邦有道、貧且賤焉、恥也、邦無道、富且貴焉、恥也、

○子曰、不在其位、不謀其政、

○子曰、師摯之始、關雎之亂、洋洋乎、盈耳哉、

○子曰、狂而不直、侗而不愿、悾悾而不信、吾不知之矣、

○子曰、學如不及、猶恐失之、

○子曰、巍巍乎、舜禹之有天下也、而不與焉、

○子曰、大哉、堯之爲君也、巍巍乎唯天爲大、唯堯則之、蕩蕩乎民無能名焉、巍巍乎其有成功也、煥乎其有文章、

才 T'SAI, habilitas. *R.* 64.

吝 LIN, parcus, avarus, jacturam dolere. *R.* 30.

穀 KOU, fruges : reditus præfectorius : bonus : alere. *R.* 115.

摯 TCHE, apprehendere. 贄, Primæ visitationis munera.

侗 T'ONG, hebes. 倥侗, Rectus et longus, 儱侗.

愿 YUEN, ingenuus.

悾 K'ONG, rudis sinceritas. 悾悾, Impotens. K'IANG, sinceritas.

巍 WEI, altus : augustus.

禹 YU, nomen imperatoris.

煥 HOAN, splendens.

sexaginta septuagintave, vel etiam quinquaginta sexagintave stadiorum. Si K'ieou administrarem illud, continenter ad tres annos, possem efficere ut locupletem populum : at quoad ejus ritus et musicam, id expectarem sapientiorem (1). T'che, tu vero quomodo? Respondens ait : non dicam me id posse; sed desidero addiscere. In parentalium fanorum rebus, atque regulorum accessibus conventibusque, cum fusca veste nigroque pileolo, vellem agere parvum administrum (2). Et tu Tien quomodo? Pulsatione citharæ intermissa, resultat adhuc sonus; deponit citharam et assurgit, respondensque ait : differo a trium discipulorum consilio. Confucius ait : quid officit? porro quisque dicit suam sententiam. Ait : excedente vere, vernis vestibus jam confectis, cum pileatis quinque sexve viris, et junioribus sex septemve adolescentulis ablui in amne I, auram captare in luco Ou yu, versusque canendo reverti (3). Confucius gementis instar suspirans, ait : ego sto cum Tien (4). Tribus discipulis egressis, Tseng si pone moratus est : Tseng si tunc ait : illa trium discipulorum verba quî se habent? Confucius ait; enimvero quisque significavit suum propositum, et nihil amplius. Subjunxit : at magister quare subrisit discipulo Yeou? Reponit : administrandum regnum juxta ritus : ejus autem verba non erant submissa; hac de causa subrisi illi. At K'ieou vero numquid non de regno? Ecquando vidisti, respondet Confucius, vel sexaginta septuagintave aut quinquaginta sexagintave stadia, quin esset regnum (5)? At T'che ipse nunquid non de regno? Gentilitia sacra, respondet Confucius, et particulares generalesque conventus, si non regulorum, at cujus erunt? Et si T'che habebitur parvus administer, quis poterit haberi magnus?

---

præter enim quatuor temporum clientelam, vernam 朝, æstivam 宗, autumnalem 覲, et hiemalem 遇, erat fortuitus accessus (時見) ex particulari aliqua occasione, et universalis cœtus (殷見), cum duodecimo quoque anno imperator ipse regulos non lustraverit. 端 seu 玄端, ritualis vestis ex amplo panno fuscoque colore; 章甫, ritualis pileolus sub dynastia Chang, ex illita tela; sub dynastia Hia 毋追, et sub dynastia Tcheou 委貌 dictus.

(3) Antiqui, vigesimo ætatis anno, pileo donabantur. Amnis I, ad Lou urbis austrum, fontem habebat tepescentis aquæ. Ou yu umbrosum erat nemus, quo, pluvia deficiente, cœlo supplicabatur. 莫 sonat 暮; 浴 hîc est manus pedesque abluere.

(4) Tien erat sua sorte sine ambitione contentus. 與 secundo tono, *stare ab aliquo.*

(5) Tres utique de regno egerunt; non ergo, quod de regno ageretur, subrisi.

○顏淵問仁、子曰、克己復禮爲仁、一日克己復禮、天下歸仁焉、爲仁由己、而由人乎哉、顏淵曰、請問其目、子曰、非禮勿視、非禮勿聽、非禮勿言、非禮勿動、顏淵曰、回雖不敏、請事斯語矣、

○仲弓問仁、子曰、出門如見大賓、使民如承大祭、己所不欲、勿施於人、在邦無怨、在家無怨、仲弓曰、雍雖不敏、請事斯語矣

○司馬牛問仁、子曰、仁者其言也訒、曰、其言也訒、斯謂之仁矣乎、子曰、爲之難、言之得無訒乎、

○司馬牛問君子、子曰、君子不憂不懼、曰、不憂不懼、斯謂之君子已乎、子曰、內省不疚、夫何憂何懼、

○司馬牛憂曰、人皆有兄弟、我獨亡、子夏曰、商聞之矣、死生有命、富貴在天、君子敬而無失、與人恭而有禮、四海之內、皆兄弟也、君子何患乎無兄弟也、

○子張問明、子曰、浸潤之譖、膚受之愬、不行焉、可謂明也已矣、浸

訒 Jen, loquendi parcus.
浸 Tsin, aquis immergere, imbuere.
譖 Tchen, obloqui, famam detrahere. Tsien 僭, infidus.
膚 Fou, cutis : magnus, pulcher. *R.* 130.
愬 Sou, 訴, significare, querelas alicui deferre. 愬, Ché, timidus.

PARS POSTERIOR.

1. Yen yuen interrogavit de cordis perfectione. Confucius respondit : vincere seipsum, et redintegrare honestatis decorum, est virtutis perfectio : una die, devicto seipso et redintegrato decoro, totum imperium acquiescet virtuti : fieri perfectus a seipso est; etiamne pendebit ab aliis? Yen yuen subjunxit : liceat petere ejus elenchum. Confucius respondit : contra decorum nihil cernas, praeter decorum nihil audias, extra decorum nihil dicas, sine decoro nullus moveas. Yen yuen ait : Hoei, licet non habilis, velim operari huic documento.

2. Tchong kong interrogavit de interna perfectione. Confucius respondit : egredere domo, quasi videres magnum hospitem; dispone populum, quasi tractares magnum sacrificium; ipsimet quod nolis, ne conferas in alios; et in regno eximeris simultatibus, in domo vacabis querimoniis. Tchong kong ait : Yong, quamvis non habilis, velim exequi hoc documentum.

3. Se ma nieou interrogavit de animi perfectione. Confucius respondit : corde perfectus, scilicet cujus verba impedita sunt. Ait : cujus verba sunt impedita, continuo dicetur corde perfectus jam? Confucius reponit : actione percautus, locutione poteritne haud esse impeditus?

4. Se ma nieou interrogavit de viro sapiente. Confucius respondit : vir sapiens nec tristatur nec timet (1). Ait : qui non tristatur nec timet, continuo dicetur vir sapiens jam? Confucius reponit : qui se interius examinans nihil peccaverit, is quid tristabitur, quid timebit?

5. Se ma nieou mœrens ait : ceteri omnes habent fratres, ego solus careo. Tse hia inquit : Chang audivi hoc : mors et vita habent decretum, opes et nobilitas penes cœlum : sapienti viro sibi attendenti et nunquam intermittenti, cum aliis obsequioso atque servanti officia, quatuor marium ambitu, omnes sunt fratres; vir sapiens, qui dolebit quod careat fratribus?

6. Tse tchang interrogavit de perspicacia. Confucius respondit : sensim insinuantis obtrectationes, et cuticula vulnerati accusationes, non admittere, potest vocari perspicacitas : leniter instillatis obtrectationibus, et pellicula

---

(1) Ille ob fratrem 向 魋 rebellem et transfugam semper tristabatur, et timebat.

潤之譖、膚受之愬、不行焉、可謂遠也已矣、

○子貢問政、子曰、足食、足兵、民信之矣、子貢曰、必不得已而去、於斯三者何先、曰、去兵、子貢曰、必不得已而去、於斯二者何先、曰、去食、自古皆有死、民無信不立、

○棘子成曰、君子質而已矣、何以文爲、子貢曰、惜乎、夫子之說、君子也、駟不及舌、文猶質也、質猶文也、虎豹之鞟、猶犬羊之鞟、

○哀公問於有若曰、年饑、用不足、如之何、有若對曰、盍徹乎、曰、二、吾猶不足、如之何其徹也、對曰、百姓足、君孰與不足、百姓不足、君孰與足、

○子張問崇德辨惑、子曰、主忠信、徙義、崇德也、愛之欲其生、惡之欲其死、既欲其生、又欲其死、是惑也、

兵 Ping, miles, arma. *R.* 12.
棘 Ki, spinæ : zizyphus sylvestris.
戟, Lancea tricuspis. *R.* 75.

駟 Se, quadrijuges.
舌, Ché, lingua.
豹 Pao, pardus.
鞟, K'ouo, corium 鞹.

---

(1) Insinuare obtrectationes, sicut aqua sensim imbuens; urgere accusationes, sicut cum res cuticulam pungit, quæ moræ facit impatientem, lacrymasque elicit et ejulatus.

(2) Constat sapientia verbo, at nimis præceps locutus, modum excessisti.

affecti accusationibus non dare cursum, potest continuo vocari profunda perspicacia jam (1).

7. Tse kong interrogavit de gubernatione. Confucius respondit : suppetat annona, suppetant milites, et populus fidat tibi. Tse kong ait : quod si omnino non possit aliter fieri quin demas, ex his tribus quodnam primum? Inquit : demerem milites. Tse kong subjunxit : et si omnino non possit aliter fieri quin demas, ex his duobus quodnam primum? Demerem, inquit, victum : ab antiquitate, omnes obnoxii morti ; at populus sine fidelitate non stabit.

8. Regni Wei toparcha Ki tse t'cheng ait : sapiens sit simplex, et satis est : quid uti cultu faciet? Tse kong ait : piget sane! magistri sermo, sapientis est : at quadrijuges neque assequuntur linguam (2). Morum cultus æque ac naturæ simplicitas, et simplicitas æque ac cultus : tigridis enim pardique corium, quasi canis ovisque corium (3).

9. Ngai regulus sciscitatus a Yeou jo, ait : annus annona laborat, sumptus non sufficiunt; quid faciam? Yeou jo respondens, ait : quidni exigas decimam? Subjunxit : duæ mihi adhuc non sufficiunt; si hoc, quorsum istud decimare (4) ? Respondens ait : populo satis habente, princeps quocum non satis habebit? Populo non satis habente, princeps quocum satis habebit?

10. Tse tchang quæsivit de elevanda virtute et discernenda hallucinatione. Confucius respondit : fundari fidelitate, sinceritate, et progredi ad aequitatem, est evehere virtutem; amando aliquem, velle ipsum vivere, aversando aliquem, velle ipsum mori, cumque volueris ipsum vivere, rursus velle ipsum mori, est hallucinari (5).

---

(3) Abrasis pilis corium a corio non differt : morum cultus sapientem a rudi discernit, sicut pili faciunt pellium discrimen.

(4) Sub dynastia Tcheou, extra territorium imperiale, octo colonis dabantur singulis centum jugera, qui communi labore octoginta principis jugera excolere tenebantur; sic recipiebat quisque centum et dabat decem : intra vero territorium imperiale, mille jugera, a decem colonis simul colebantur cum decimæ onere, æque communi labore, æque distributo reditu. Et ideo modus iste fuit 徹 vocatus, seu æque participare.

(5) In amorem et odium cadit generatim hallucinatio, et in eo potissimum est, ut velis quod penes te non est, puta vitam aut mortem; aut etiam, quod gravius est, ut versatili velis ingenio.

○齊景公問政於孔子、孔子對曰、君君、臣臣、父父、子子、公曰、善哉、信如君不君、臣不臣、父不父、子不子、雖有粟、吾得而食諸、

○子曰、片言可以折獄者、其由也與、子路無宿諾、

○子曰、聽訟、吾猶人也、必也、使無訟乎、

○子張問政、子曰、居之無倦、行之以忠、

○子曰、君子成人之美、不成人之惡、小人反是、

○季康子問政於孔子、孔子對曰、政者正也、子帥、以正、孰敢不正、

○季康子患盜、問於孔子、孔子對曰、苟子之不欲、雖賞之不竊、

○季康子問政於孔子曰、如殺無道、以就有道、何如、孔子對曰、子爲政、焉用殺、子欲善而民善矣、君子之德風、小人之德草、草上之風必偃、

○子張問士、何如斯可謂之達矣、子曰、何哉爾所謂達者、子張對曰、在邦必聞、在家必聞、子曰、是聞也、非達也、夫達也者、質直而好義、察

景 King, magnus : fulgidus. Yng 影, umbra. *R.* 72.

片 P'ien, dimidiare ; segmentum : schedula salutatoria.

11. T'si regni King regulus quaesivit de gubernatione a Confucio. Confucius respondens ait : princeps sit princeps, subditus sit subditus, pater sit pater, filius sit filius. Regulus exclamavit : belle sane! revera si princeps non sit princeps, subditus non sit subditus, pater non sit pater, filius non sit filius, licet praesto sit annona, num ego potero frui?

12. Philosophus ait : « qui dimidio verbo possit dirimere lites, is nonne ille Yeou? » Tse lou haud indormiebat promissis (1).

13. Philosophus ait : audiendis litibus, ego compar sum ceteris ; at illud potius efficere, ut ne sint litigantes.

14. Tse tchang interrogavit de gubernatione. Confucius respondit : animo incuba illi sine intermissione, opere exerce illam cum fidelitate.

15. Philosophus ait : vir sapiens promovet aliorum bona, non contribuit aliorum malis ; vulgaris homo contrarius illius.

16. Lou toparcha Ki k'ang tse quaesivit de gubernatione a Confucio. Confucius respondens ait : gubernatio est rectitudo : si tu praesis cum rectitudine, quis audebit non esse rectus ?

17. Ki k'ang tse angebatur ob latrones ; quaesivit a Confucio, qui respondens ait : si tu non sis cupidus, etiamsi mercedem proponas populo, non furabitur.

18. Ki k'ang tse quaesivit de gubernatione a Confucio, dicens : si interficiam expertes lege, ut deveniatur ad habendum ordinem, quomodo ? Confucius respondens ait : cum tu geras administrationem, quorsum uteris occisione? Tu velis bonum, et populus bonus erit. Superioris sapientis virtus ventus est, inferioris populi vis herba est; herba, incessente ipsi vento, profecto incurvatur (2).

19. Tse tchang petiit litteratus qualis erit, ut possit dici illustris. Confucius respondit : quis porro est, quem tu vocas illustrem? Tse tchang respondens ait : sit in regno, fama profecto effertur; secubet domi, fama certo celebratur. Confucius ait : hoc est famosus, non illustris esse. Vir illustris est simplex, rectus, et amator aequitatis, perpendit verba et

---

(1) Subditur Confuciani effati ratio : quia ille sic erat, ideo omnes statim acquiescebant eius verbis.

(2) 上 seu 尚, addere, accedere.

折, Tché, inflectere, frangere : prematura mors. Ché, perdere. 折

T'i, pacate, tranquille.

獄, Yu, carcer : causa criminalis *R.* 94.

言而觀色、慮以下人、在邦必達、在家必達、夫聞也者、色取仁而行違、居之不疑、在邦必聞、在家必聞、

○樊遲從遊於舞雩之下、曰、敢問崇德、脩慝、辨惑、子曰、善哉問、先事後得、非崇德與、攻其惡、無攻人之惡、非脩慝與、一朝之忿、忘其身以及其親、非惑與、

○樊遲問仁、子曰、愛人、問知、子曰、知人、樊遲未達、子曰、舉直錯諸枉、能使枉者直、樊遲退、見子夏曰、鄉也、吾見於夫子而問知、子曰、舉直錯諸枉、能使枉者直、何謂也、子夏曰、富哉言乎、舜有天下、選於衆、舉皐陶、不仁者遠矣、湯有天下、選於衆、舉伊尹、不仁者遠矣、

○子貢問友、子曰、忠告而善道之、不可則止、毋自辱焉、

○曾子曰、君子以文會友、以友輔仁、

慝 T'É, vitium internum.

選 SIUEN, eligere. 選, Eligere ad dignitatem. SOAN 筭, supputare.

皐陶 KAO, littus : excelsus. *R.* 106. T'AO, fictilia coquere : transformare. YAO 窰, figuli fornax : 陶陶, hilaris : 皐陶,

examinat vultum (1), estque sollicitus ut se subjiciat aliis : is versatus in regno, profecto illustris erit; versatus domi, profecto illustris erit. Qui famosus est, specie praefert virtutem, factis autem adversatur, et quin eâ consistat minime dubitat (2) : is positus in regno, certo famosus erit; degens domi, certo famosus erit.

20. Fan t'che comitatus ambulantem ad luci Ou yu radices, ait : ausim interrogare de cumulanda virtute, corrigendis cupiditatibus, et discernendis hallucinationibus. Confucius exclamavit : o pulchram quaestionem! antehabere actus, posthabere acquisitionem (3), nonne erit accumulare virtutem? impugnare sua vitia, non vero impugnare aliorum vitia, num non erit corrigere passiones? ob unius mane iram, oblivisci suam personam et usque ad suos parentes, nonne hallucinatio est?

21. Fan t'che quæsivit de humanitate; Confucius respondit : amare alios. Quæsivit de prudentia; Confucius respondit : nosse alios. Fan t'che nondum intellexerat. Confucius ait : evehendo rectos et rejiciendo omnes improbos, potest fieri ut improbi corrigantur. Fan t'che recessit, et visens Tse hia ait : nuper quidem ego revisi ad magistrum, et interrogavi de prudentia; magister dixit : elevando probos et rejiciendo omnes improbos, poterit fieri ut mali corrigantur : quid significat? Tse hia inquit : o fœcundum effatum ! Choen tenens imperium, selectum inter omnes evexit Kao yao, et improbitas evanuit. T'ang tenens imperium, selectum inter omnes evexit I yn, et improbitas procul abivit.

22. Tse kong interrogavit de amicis; Confucius respondit : fideliter commonefacias et belle dirigas eos; si nihil possis, tunc absiste, ne ipsimet injuriam adsciscas (4).

23. Tseng tse ait : sapiens per litteraturam congreditur amicos, et per amicos adjuvat perfectionem.

---

(1) Verba vultumque aliorum.

(2) Sibi persuadet se virtute consistere.

(3) Potius de virtutis actibus quam de ejus acquisitione esse sollicitum.

(4) Importunitate scilicet.

---

minister regis Choen. TAO 陶' 陶', alacriter excurrentes.

'伊 I, ille : solum ; particula initialis. 洢, fluvius in Ho nan.

'輔 FOU, clathrata currus latera : adjuvare.

卷七

子路問政、子曰、先之、勞之、請益、曰、無倦、

○仲弓爲季氏宰、問政、子曰、先有司、赦小過、舉賢才、曰、焉知賢才而舉之、曰、舉爾所知、爾所不知、人其舍諸、

○子路曰、衛君待子而爲政、子將奚先、子曰、必也正名乎、子路曰、有是哉、子之迂也、奚其正、子曰、野哉由也、君子於其所不知、蓋闕如也、名不正、則言不順、言不順、則事不成、事不成、則禮樂不興、禮樂不興、則刑罰不中、刑罰不中、則民無所措手足、故君子名之必可言也、言之必可行也、君子於其言、無所苟而已矣、

○樊遲請學稼、子曰、吾不如老農、請學爲圃、曰、吾不如老圃、樊遲出、子曰、小人哉、樊須也、上好禮、則民莫敢不敬、上好義、則民莫敢不服、上好信、則民莫敢不用情、夫如是、則四方之民、襁負

赦 Ché, condonare. *R.* 155.
迂 Yu, remotus, secedere.
罰 Fa, pœna, castigare. *R.* 122.
稼 Kia, serere.
農 Nong, agricultor.
圃 Pou, hortus, hortulanus.
襁 Kiang, fasciæ ad puerum succollandum.

(1) 之, ad rem refertur, de qua agitur : hic ad populi actiones et negotia.

CAPUT SEPTIMUM.

Tse lou quæsivit de populi regimine. Confucius respondit : præcas illi, labores ei (1). Rogavit plura; ait : iis ne lassescas.

2. Tchong kong agebat Ki familiae administrum, petiitque de gubernatione. Confucius respondit : praemitte habentes officii curam (2), condona parvas culpas, evehe sapientes et peritos. Ait : qui noscam virtutem peritiamque, ut eveham illam ? Respondit : evehe quos tu noscas ; quos vero tu non noveris, alii an ipsi missos facient ?

3. Tse lou ait : Wei princeps expectat magistrum, ut fungaris magistratu : magister quid prius praestiturus (3) ? Confucius respondit : quod potissimum, nonne reformare appellationem (4) ? Tse lou exclamavit : estne ita ? magister digreditur ; quorsum hæc reformatio ? Confucius respondit : quam rusticus iste Yeou ! Sapiens in iis, quæ ipse necdum perceperit, quippe omittentis instar. Si titulus non sit rectus, tunc appellatio non probatur (5) ; si appellatio non probetur, tunc res non perficientur ; si res non perficiantur, tunc officia et harmonia non florebunt ; si officia et harmonia non floreant, tunc supplicia et pœnæ non quadrabunt ; si supplicia et pœnæ non quadrent, tunc populus non habet ubi ponat manus et pedes. Ideo sapiens princeps quod nominat, certe decebit denominari ; et quod denominat, certe licebit peragi : sapiens princeps in suis appellationibus nihil habet quod temere sit, idque totum est.

4. Fan t'che rogavit doceri agriculturam. Confucius respondit : ego haud par veterano agricolæ. Rogavit doceri agere olitorem ; respondit : ego nec tanti ac veteranus olitor. Fan t'che exeunte, Confucius ait : o vulgarem hominem, Fan siu ! Si superior amet ritus, tunc populi nemo audebit non revereri ; si superior amet justitiam, tunc populi nemo audebit non acquiescere ; si superior amet sinceritatem, tunc populi nemo audebit non adhibere voluntatem. Porro si ita, tunc quatuor regionum populi fasciatos gestabunt

---

(2) Ille enim negotia solus præoccupabat.

(3) 將, nota futuri, exprimit voluntatem aliquid aggrediendi, 我將反 ego volo redire.

(4) Eo tempore regulus, exturbato patre, avo successerat.

(5) Dicendi modi non convenient ; princeps avum dicet patrem, patrem hostem, et ita porro.

其子而至矣、焉用稼、

○子曰、誦詩三百、授之以政、不達、使於四方、不能專對、雖多、亦奚以爲、

○子曰、其身正、不令而行、其身不正、雖令不從、

○子曰、魯衛之政、兄弟也、

○子謂衛公子荆、善居室、始有、曰、苟合矣、少有、曰、苟完矣、富有、曰、苟美矣、

○子適衛、冉有僕、子曰、庶矣哉、冉有曰、既庶矣、又何加焉、曰、富之、曰、既富矣、又何加焉、曰、教之、

○子曰、苟有用我者、朞月而已可也、三年有成、

○子曰、善人爲邦百年、亦可以勝殘去殺矣、誠哉是言也、

○子曰、如有王者、必世而後仁、

荆 King, vepres : nomen antiquæ regionis, nunc Hou koang. *R.* 140.

完 Wan, finire, absolvere.

僕 Pou, famulus : auriga : inniti : abscondere. 僕僕, Importune.

朞 Ki, temporis, anni, mensis circuitus. *R.* 74.

殘 T'san, reliquum : nocere : flaccescere.

suos infantes et accurrent. Quorsum uti agricultura?

5. Philosophus ait : didiceris Carmina tercenta; si collata tibi administratione, nescias expedire, missusque ad quatuor regiones, nequeas a te solo dare responsiones, licet multa, tamen cui usui facient (1)?

6. Philosophus ait : si cujus persona sit recta, quin jubeat, tamen agent; si ejus persona non sit recta, licet jubeat, non obsequentur.

7. Philosophus ait : Regnorum Lou et Wei administratio, sicut germani fratres (2).

8. Confucius aiebat de Wei toparcha Kong tse king : bene degebat domi; incipiens possidere, dicebat : aliquantulum cumulavi; pauxillum habens, dicebat : circiter complete habeo; affatim habens, dicebat : prope splendidum est.

9. Confucius adibat regnum Wei, Jan yeou rhedario. Confucius ait : multitudo quanta! Jan yeou subjunxit : cum multi sint, quid præterea addendum? ait : ditandi. Subjunxit : cum ditati fuerint, quid adhuc addendum? ait : instruendi.

10. Philosophus ait : si esset qui me uteretur, evolutis anni mensibus jam foret sat bene; tribus autem annis haberetur perfectio.

11. Philosophus ait : *probum virum tenentem regnum centum annis, etiam posse domare nefandos et abolere supplicia,* proh! quam verum illud effatum!

12. Philosophus ait : si haberetur verus rex, profecto uno sæculo et jam staret virtus (3).

---

(1) 授之以政 donare aliquem administratione, tradere alicui gubernium. Hic, præter id quod ad 之 pronominis usum spectat, usus recolendus particulæ 以, quæ uti nota regiminis indirecti seu ad rem pertinentis adhibetur : solet autem suum regimen vel præcedere, vel subsequi. Præcedit, sive post verbum, ut hic in textu, collocetur; sive ante verbum, v. gr. 一介不以與人 *unum titivillitium nec dat aliis :* subsequitur, sive ipsius regimen continenter, ut in allato exemplo, exprimatur; sive regiminis locum præcedens sermo teneat, v. gr. 以告孟子 *id monuit Mentsium,* 以命禹 *hæc mandavit Yu.*

(2) Regnum Lou a Tcheou Duce 周公, regnum Wei a K'ang chou 康叔 institutum fuerat, qui fratres erant germani : nunc autem ea duo regna æque turbationibus vitiata.

(3) 世 complectitur 30 annos.

○子曰、苟正其身矣、於從政乎何有、不能正其身、如正人何、

○冉子退朝、子曰、何晏也、對曰、有政、子曰、其事也、如有政、雖不吾以、吾其與聞之、

○定公問一言而可以興邦、有諸、孔子對曰、言不可以若是其幾也、人之言曰、爲君難、爲臣不易、如知爲君之難也、不幾乎一言而興邦乎、曰、一言而喪邦、有諸、孔子對曰、言不可以若是其幾也、人之言曰、予無樂乎爲君、唯其言而莫予違也、如其善而莫之違也、不亦善乎、如不善而莫之違也、不幾乎一言而喪邦乎、

○葉公問政、子曰、近者說、遠者來、

○子夏爲莒父宰、問政、子曰、無欲速、無見小利、欲速則不達、見小利則大事不成、

○葉公語孔子曰、吾黨有直躬者、其父攘羊、而子證之、孔子曰、吾黨之直者異於是、父爲子隱、子爲父隱、直在其中矣、

莒 Kiu, ditio in regno Lou.
速 Sou, cito, accelerare : advocare.
攘 Jang, surripere : ejicere. Perturbare.
證 Tcheng, testificari, comprobare.

13. Philosophus ait : si quis reformet suam personam, ad gerendum magistratum quid negotii (1)? si nequeat reformare suam personam, quo unquam reformabit alios modo?

14. Jan tse redeunte ex aula, Confucius petiit, cur tam sero? Respondit : fuerunt politica. Confucius ait : illius negotia scilicet (2); si fuissent politica, licet non me utatur, mihi ipsi datum fuisset ea audire.

15. Ting regulus petiit : unicum verbum, quod tamen valeat erigere regnum, existitne? Confucius respondens ait : dictio, non potest tantum illa portendere. At vulgi effatum ait : agere principem difficile, agere ministrum non facile. Si noveris agendi principem difficultatem, nonne prope est ut uno verbo jam erigatur regnum? Instat : unicum verbum quicum pessumdetur regnum, existitne? Confucius respondens ait : dictio non potest tantum illa portendere. Vulgi effatum ait : ego nihil gaudeo in agendo regem, nisi quod verba faciens, jam nemo mihi contradicat. Si illa bona sint et nemo iis contradicat, nonne quidem pulchrum erit? Si non bona et nemo iis contradicat, nonne prope est ut uno verbo jam pessumdetur regnum (3)?

16. Oppidi Che præfectus interrogavit de gubernatione. Confucius respondit : propinqui gaudeant, remoti adveniant.

17. Tse hia agens urbis Kiu fou præfectum, interrogavit de gubernatione (4). Confucius ait : non sit voluntas præceps, ne respicias parva lucra. Si volentia praeceps, tunc mancus exitus; si respicias modica lucra, tunc majores res non perficientur.

18. Oppidi Che praefectus monens Confucium ait : in meo pago sunt qui recte procedunt : si cujus pater surripiat ovem, tunc filius testatur hoc. Confucius ait : meorum popularium rectitudo differt ab ista : pater pro filio celat, filius pro patre occultat; rectitudo inest hujusmodi medio (5).

---

(1) 乎 sequitur 於 vel 惡, ad fulciendum, ut diximus. 何有, *quænam difficultas?*

(2) Illius negotia familiaria. Discipulus tunc temporis gerebat Ki familiæ administrum.

(3) 幾, 汔, 近, 期, *aliquatenus, parum abest quin, expectare* seu *sperare est.*

(4) Kiu fou, oppidum ad occiduos limites regni Lou.

(5) Hujusmodi mutua occultatione.

○樊遲問仁、子曰、居處恭、執事敬、與人忠、雖之夷狄、不可棄也、

○子貢問曰、何如斯可謂之士矣、子曰、行已有恥、使於四方、不辱君命、可謂士矣、曰、敢問其次、曰、宗族稱孝焉、鄉黨稱弟焉、曰、敢問其次、曰、言必信、行必果、硜硜然小人哉、抑亦可以爲次矣、曰、今之從政者何如、子曰、噫、斗筲之人、何足筭也、

○子曰、不得中行而與之、必也狂狷乎、狂者進取、狷者有所不爲也、

○子曰、南人有言曰、人而無恒、不可以作巫醫、善夫、不恒其德、或承之羞、子曰、不占而已矣、

○子曰、君子和而不同、小人同而不和、

○子貢問曰、鄉人皆好之、何如、子曰、未可也、鄉人皆惡

族, Tsou, consanguinei, stirps : 100 familiarum pagus : ossium articuli.

硜 K'eng, silex, lapillus : durus, pertinax.

斗 Teou, modius : constellatio in Sagittario. Tchou 枓, cochleare.

筲 Chao, cista pro oryza capiens 12 cotulas 升.

筭, Soán, supputare, numerare. 筭, Temporum supputator.

狷 Kiuen, mediocre ingenium recti tenax.

醫 I, medicari, sanare. 醫, Liquor e pruno Mume.

羞 Sieou, verecundari : offerre : alimenta. *R.* 123.

占 Tchan, divinare. 占, Aliena usurpare. *R.* 25.

19. Fan t'che interrogavit de solida virtute. Confucius ait : domi degens gravitatem, tractans negotia sedulitatem, agens cum aliis fidelitatem serva; etiamsi adeas barbaras tribus, non licebit ea rejicere.

20. Tse kong interrogans ait : quid agam ut possim vocari sapiens candidatus (1)? Confucius respondit : actionibus propriis serva pudorem, missus in quatuor regiones ne dedecores principis mandatum, et poteris vocari verus candidatus. Subjunxit : ausim interrogare quis a tali secundus? Respondet : quem generis cognatio appellet pium in parentes, vici populares prædicent obsequentem erga majores. Subjunxit : ausim interrogare quis ab hoc secundus? Respondet : qui in verbis omnino sincerus, in actionibus omnino tenax. Duriusculus hujusmodi, vulgaris homo sane : attamen etiam poterit haberi ut secundus. Subjunxit : qui in præsens exercent administrationem, quomodo sunt? Confucius ait : Eheu! modioli quasillive (2) homunciones, quî digni ut numerentur!

21. Philosophus ait : si non inveniam mediam tenentes viam, quibus communicem sapientiam, an non potius alta præsumentibus rectique tenacibus? Alta præsumentes progrediuntur et æmulantur, recti tenaces est quod nunquam agunt (3).

22. Philosophus ait : meridionales homines habent effatum dicens : homo qui careat constantia, nec potest agere hariolum medicumve : sophos (4)! *Si quis non reddat constantem suam virtutem, alii excipient eum probris.* Confucius exclamavit : non consideratur; en totum (5).

23. Philosophus ait : vir sapiens est concors, sed nulla coitione; vulgaris homo coit, quin sit concors (6).

24. Tse kong interrogans ait : si pagi homines omnes ament quempiam, quomodo? Confucius ait : nondum bene. Si pagi homines omnes aversentur

---

(1) 士, sapientiæ alumnus, publicis muniis proludens; ideo modo ad illam, modo ad hæc refertur.

(2) *Teou* decem, *Chao* duodecim cotylas 升 continet.

(3) Æmulantur illi antiquos; nunquam hi agunt iniqua.

(4) Minora illa officia adhuc constantiam requirunt, sine qua Spiritus precanti non aderunt, experientia medico deerit.

(5) Effatum est libri Mutationum, ex cujus neglectu totum malum repetit Confucius. 承, inferre.

(6) Inter simul agentes, concordia recta ratione, coitio privato quæstu innititur.

之、何如、子曰、未可也、不如鄉人之善者好之、其不善者惡之、

○子曰、君子易事而難說、說之不以道、不說也、及其使人也、器之、小人難事而易說也、說之雖不以道、說也、及其使人也、求備焉、

○子曰、君子泰而不驕、小人驕而不泰、

○子曰、剛、毅、木、訥、近仁、

○子路問曰、何如斯可謂之士矣、子曰、切切偲偲、怡怡如也、可謂士矣、朋友切切偲偲、兄弟怡怡、

○子曰、善人教民七年、亦可以卽戎矣、

○子曰、以不教民戰、是謂棄之、

○憲問恥、子曰、邦有道穀、邦無道穀、恥也、

○克、伐、怨、欲、不行焉、可以爲仁矣、子曰、可以爲難矣、仁則吾不知也、

○子曰、士而懷居、不足以爲士矣、

○子曰、邦有道、危言危行、邦無道、危行言孫、

備 Pei, parare : providere : completus : unguis.

偲 Se, sese mutuo animare, conari.

Sai, barbatus.

卽, Tsi, statim : adire : ellychnii cinis. 卽卽, Repletus.

illum; quomodo? Confucius ait : nondum bene; illud melius, si popularium boni ament illum, et qui improbi sunt oderint illum.

25. Philosophus ait : viro sapienti facile servitur, at difficile satisfit : si enim oblecteris eum non juxta rationem, non laetabitur; at quoad ejus uti aliis, metitur capacitatem eorum. Vulgari homini difficile famulatus, facile vero oblectamentum præstatur : si enim oblectes illum, licet non juxta rationem, delectabitur; at quod ad ipsum utentem aliis, exigit perfectionem.

26. Philosophus ait : vir sapiens est tranquillus et non superbus, vulgaris homo est superbus et non tranquillus.

27. Philosophus ait : fortis, constans, habitu simplex, loquela tardus, propior est perfectioni.

28. Tse lou interrogans ait : quid agam ut possim dici sapientiæ candidatus? Confucius respondet : animo fervidus, verbo stimulans, ore comis, poteris dici candidatus; cum amicis fervidus et stimulans, cum fratribus comis (1).

29. Philosophus ait : si probus vir erudiat populos septem annos, etiam poterunt praesto esse militiae.

30. Philosophus ait : adhibere necdum instructos populos ad bellum, hoc dicitur abjicere illos.

PARS POSTERIOR.

1. Discipulus Hien interrogavit quid erubescendum? Confucius respondit : si regno viget ordo, gratis frui censu; si regnum careat ordine, adhuc frui censu, pudendum est.

2. Prævalendi vim, jactantiam, aversionem, cupidinem non habere locum, potest haberi perfectum? Confucius ait : potest censeri difficile; perfectum vero ego non affirmo.

3. Philosophus ait : sapientiæ alumnus qui cogitet commoditates, non est dignus qui habeatur sapientiæ alumnus.

4. Philosophus ait : si in regno viget ordo, elate loquere, elate age; si regnum careat ordine, elate age, loquere submissius (2).

---

(1) Fervidus in amicitiæ officiis ex animo servandis.

(2) Elate, ut nolis in adulationem et defectionem demitti. 孫 sonat 遜.

○子曰、有德者必有言、有言者不必有德、仁者必有勇、勇者不必有仁、

○南宮适問於孔子曰、羿善射、奡盪舟、俱不得其死然、禹稷躬稼而有天下、夫子不答、南宮适出、子曰、君子哉若人、尚德哉若人、

○子曰、君子而不仁者有矣夫、未有小人而仁者也、

○子曰、愛之能勿勞乎、忠焉能勿誨乎、

○子曰、爲命、裨諶草創之、世叔討論之、行人子羽脩飾之、東里子產潤色之、

○或問子產、子曰、惠人也、問子西、曰、彼哉彼哉、問管仲、曰、人也、奪伯氏駢邑三百、飯疏食、沒齒無怨言、

○子曰、貧而無怨難、富而無驕易、

适 Koa, festinanter.

羿 I, solers sagittarius anno ante C. 2170 : optime sagittare. *R.* 124.

奡 Ngao, superbire : contemnere 傲 : fortis. *R.* 37.

盪 T'ang, pelvis : agitare. 盪, Abluere : impellere, navem per sicca impellere.

俱 Kiu, omnes.

答 Ta, respondere, retribuere.

裨 Pei, prodesse : sarcire. P'i, regiæ vestes : adjutor : parvus.

諶 Chen, verax, sincerus.

創 T'choang, vulnus, vulnerare, 刅. 創, Incipere, 剏.

討 T'ao, petere : castigare.

論 Luen, enarrare, dicere : expendere. 論, Disceptare.

羽 Yu, alæ, pennæ.

駢 P'ien, P'ing, bigæ. P'ien 骿, costæ.

5. Philosophus ait : habens virtutem, profecto constat verbis; habens verba, non continuo possidet virtutem; corde perfectus profecto habet fortitudinem; fortis non certo habet cordis perfectionem.

6. Discipulus Nan kong koa petiit a Confucio dicens : I peritus sagittandi, Ngao terris impellebat cymbam, et uterque non obtinuit suum moriendi modum (1). Yu et Tsi ipsimet terram coluerunt, et tamen obtinuerunt imperium (2). Confucius non respondit. Nan kong koa egresso, magister exclamavit : oh! quam sapiens iste vir, quam æstimat virtutem iste vir!

7. Philosophus ait : sapiens qui non sit perfectus, datur quidem; at nunquam invenitur vulgaris homo, qui perfectus sit.

8. Philosophus ait : quem amas, potesne non dure tractare? Si fidelis, potesne non commonere?

9. Confucius dicebat : componentes diplomata, P'i chen crassius exarabat illa; Che chou exigens expendebat illa; legationum præfectus Tse yu concinne castigabat illa; e Tong li territorio Tse t'chan lepore colorabat illa (3).

10. Quidam petiit de Tse t'chan; Confucius respondit : beneficus est vir. Petiit de Tse si; respondit : oh ille! ille (4)! Petiit de Koan tchong : respondit : is erat, ut expoliatus Pé toparcha urbis P'ien trecentum familiis, indeque vescens crassioribus cibis, ad finem ætatis suæ nullum dederit indignationis verbum (5).

11. Philosophus ait : pauperem esse quin indigneris, difficilius; divitem quin superbias, facilius.

---

(1) Suam mortem naturalem. Ceterum illud 然 modum sæpe innuit naturalem : sic 自然而然, modo spontaneo atque naturali; 所當然, quod naturaliter est ita, *seu* rei essentia. 所以然 cur naturaliter ita, *seu* rei causa. I, dynasta regni Yeou k'iong 有窮, occiso imperatore Heou siang 后相 anno 2146 a. C. fuit mox occisus ab Han tsou 寒浞, qui ejus locum usurpavit. Illius coætaneus Ngao, filius Han tsou, occisus fuit ab imperatore Chao k'ang 少康.

(2) Tsi obtinuit imperium in pronepote Ou rege post mille et amplius annos.

(3) Quatuor hi toparchæ regni Tcheng 鄭, mira concordia et solertia principem juvabant, felici semper exitu. 討, petitis majorum exemplis.

(4) Tse si, summus regni T'chou 楚 minister; haud satis regiæ usurpationi obsistens, Confucium etiam, ne a rege adhiberetur, prohibuerat.

(5) Tam probe Pé toparcha, qui urbem P'ien trecentum familiis constantem amiserat, noscebat inclyta illius Koan tchong, qui in eo dominio suffectus ei fuerat, merita.

○子曰、孟公綽、爲趙魏老則優、不可以爲滕薛大夫、

○子路問成人、子曰、若臧武仲之知、公綽之不欲、卞莊子之勇、冉求之藝、文之以禮樂、亦可以爲成人矣、曰、今之成人者、何必然、見利思義、見危授命、久要不忘平生之言、亦可以爲成人矣、

○子問公叔文子於公明賈曰、信乎、夫子不言不笑不取乎、公明賈對曰、以告者過也、夫子時然後言、人不厭其言、樂然後笑、人不厭其笑、義然後取、人不厭其取、子曰、其然、豈其然乎、

○子曰、臧武仲、以防求爲後於魯、雖曰不要君、吾不信也、

○子曰、晉文公譎而不正、齊桓公正而不譎、

綽, T'CHO, amplus, abundans.
趙, TCHAO, currere : antiquum regnum. T'iao ligone proscindere.
魏, WEI, antiquum regnum in Chan si.
滕, T'ENG, antiqua ditio in Chan tong. 騰, Aquæ exilientes. *R.* 85.
薛, SIÉ, antiqua ditio in Chan tong : carex vel cyperus.
卞, PIEN, cognomen : properare : regula. P'an 般, lætari. *R.* 25.
要, YAO, quærere, advocare : pacisci : examinare. 腰, lumbi. 褭, limi cinctura. 要, Velle : necessarium. *R.* 146.
防, FANG, aggerem apponere : præcavere. 防, Diathyrum 清防.
晉, TSIN, ingredi : antiquum regnum in Chan si. *R.* 72.
譎, KIUÉ, decipere.

12. Philosophus ait : Mong kong t'cho agens Tchao et Wei familiarum œconomum, tunc vero excelleret: at non posset agere principatuum T'eng et Sié toparcham (1).

13. Tse lou interrogavit de perfecto viro : Confucius respondit : si quis Tsang ou tchong prudentiam, Kong t'cho temperantiam, Pien præfecti Tchoang tse fortitudinem, et mei Jan k'ieou peritiam, hæc exornaverit ope rituum et musices, utique poterit censeri perfectus vir (2). Addiditque : hodiernus vero perfectus vir, nec necesse talis : qui videns lucrum cogitet justitiam, videns periculum profundat vitam, jamdiu facta pactione non obliviscatur perpetuæ vitæ pactum, etiam poterit censeri perfectus vir (3).

14. Confucius interrogans de Wei præfecto Kong chou wen tse a quodam Kong ming kia ait : estne verum, quod tuus magister nec loquitur, nec ridet, nec quid admittit? Kong ming kia respondens ait : hæc narrantes exaggerant. Meus dominus cum tempus est, nonnisi tunc loquitur, hinc alii non fastidiunt ejus verba; cum lætandum est, tunc vero ridet, hinc alii non sentiscunt ejus risum; cum æquum est, tunc tantum recipit, hinc alii non gravantur ejus acceptationem. Confucius ait : ita ille! At nunquid ille ita vere?

15. Philosophus ait : Tsang ou tchong tenens Fang, petiit sibi constitui hæredem in Lou : quamvis dicat se non coegisse principem, ego non credo (4).

16. Philosophus ait : regni Tsin Wen regulus, fraudulentus erat et minime rectus; regni T'si Hoan regulus, rectus erat et non fraudulentus.

---

(1) Mong kong t'cho, regni Lou toparcha ; Tchao et Wei, principes regni Tsin 晉 familiæ ; T'eng et Sié, parvi principatus in præsenti Yen tcheou præfectura.

(2) Tsang ou tchong, famosus nuper fuerat regni Lou toparcha ; Pien, urbs regni Lou.

(3) Qui stet conventis, licet jamdiu initis.

(4) Ille regni Lou præfectus, offenso principe, abiverat. Mox armatus rediit in suum antiquum feudum Fang, et tanquam medio utens (以), exinde rogatum misit principem, ut e posteris suis constitueret sibi successorem in regno, urbem occupaturus armaque moturus, si petitioni non acquiesceret.

○子路曰、桓公殺公子糾、召忽死之、管仲不死、曰、未仁乎、子曰、桓公九合諸侯、不以兵車、管仲之力也、如其仁、如其仁、

○子貢曰、管仲非仁者與、桓公殺公子糾、不能死、又相之、子曰、管仲相桓公、霸諸侯、一匡天下、民到于今受其賜、微管仲、吾其被髮左衽矣、豈若匹夫匹婦之爲諒也、自經於溝瀆、而莫之知也、

○公叔文子之臣大夫僎、與文子同升諸公、子聞之曰、可以爲文矣、

○子言衞靈公之無道也、康子曰、夫如是、奚而不喪、孔子曰、仲叔圉治賓客、祝鮀治宗廟、王孫賈治軍旅、夫如是、奚其喪、

糾 Kieou, funiculus triplex, contorquere : coadunare : investigare. Kiao, mœrore constrictus.

霸 Pa, archon. Pé 魄, lunæ corpus opacum, novilunium.

到 Tao, pervenire ad. *R.* 18.

被 Pei, operire : pervenire : nota passivi. 被, Lodix : vestis cubitoria. P'i 披, spargere : humeris pendentes imponere vestes.

髮 Fa, capilli.

諒 Leang, verax, fidelis : vulgaris et indiscreta fides. Leang 良, bonus, mitis.

瀆 Tou, canalis : sordidus. 瀆 Teou, 句瀆, terra in regno Song.

僎 Tchoan, supellex : numerare : componere. 僎 Tsoen, servi domino assistentes.

靈 Ling, spiritualis : ingeniosus, mirus, efficax.

圉 Yu, carcer : 敔, tigris harmonica.

17. Tse lou ait : Hoan regulus occidit Ducis filium Kieou : Chao hou commoritur illi, Koan tchong non commoritur; dico : nonne caruit pietate (1)? Confucius respondit : Hoan regulum sub ductu congregasse omnes regulos, quin adhiberet milites et currus, hujus Koan tchong fuit virtus; quis sicut iste pius, sicut iste pius (2)?

18. Tse kong instat : nonne Koan tchong non fuit pius? Hoan regulus occidit Ducis filium Kieou; non valuit commori, et insuper adjuvit illum. Confucius respondit : Koan tchong adjuvit Hoan Ducem, ut esset archon regulorum; semel restauravit imperium, et populus usque in præsens recipit illius beneficium. Si non fuisset Koan tchong, nos ipsi soluto capillo sinixtrorsum laciniam fibularemus. Qui ergo instar vulgi hominis vulgique mulieris præstans fidelitatem, seipsum strangulasset in fossa vel canali, ut nemo ipsum cognoverit (3)?

19. Kong chou wen tse administer, magistratus Tchoan, cum Wen tse simul ascendebat ad regiam. Confucius audiens id, ait : potest haberi cultus (4).

20. Confucio dicente Wei Ling regulum carere honestate, K'ang tse ait : si ita, cur tamen non excidit? Confucius respondet : Tchong chou yu curat hospites et advenas, Precator T'o præest avorum fanis, Wang suen kia præpositus est exercitus cohortibus; quæ cum ita sint, quomodo ille excideret (5)?

---

(1) Mortuo 襄 Duce, turbæ in regno T'si exortæ sunt, et duo illius filii de regno contenderunt. Vicit major natu Hoan, qui morti fratrem Kieou adjudicavit, ejusque duos fautores Chao hou et Koan tchong ad se advocavit. Ex his primus se strangulavit, alter mox victoris minister electus est. Ejus opera Reguli victori Hoan Duci paruerunt, et barbari, qui regnum T'si invaserant, fugati sunt.

(2) 九 antiquitus pro 糾 : in Chronicis Confucianis ponitur 糾.

(3) 霸 valet 伯, 微 valet 無 : barbarorum erat solutus capillus et sinistra fibulatio. — Cum 匹 de vulgari connubio dicatur, factum est ut ejus partes 匹夫 et 匹婦 appellarentur.

(4) Wei præfectus, Wen tse, effecerat ut suus administer nomine Tchoan ad eamdem ac ipse eveheretur dignitatem, et simul cum ipso regiam ascenderet. Confucius tantam virtutem laudat, ex nomine quo ille post mortem donatus fuerat; vocatus enim fuit ornatu excultus.

(5) Tchong chou yu, scilicet 孔文子, de quo cap. 3.

○子曰、其言之不怍、則爲之也難、

○陳成子弑簡公、孔子沐浴而朝、告於哀公曰、陳恒弑其君、請討之、公曰、告夫三子、孔子曰、以吾從大夫之後、不敢不告也、君曰、告夫三子者、之三子告、不可、孔子曰、以吾從大夫之後、不敢不告也、

○子路問事君、子曰、勿欺也、而犯之、

○子曰、君子上達、小人下達、

○子曰、古之學者爲己、今之學者爲人、

○蘧伯玉使人於孔子、孔子與之坐而問焉、曰、夫子何爲、對曰、夫子欲寡其過而未能也、使者出、子曰、使乎使乎、

○曾子曰、君子思不出其位、

○子曰、君子恥其言而過其行、

○子曰、君子道者三、我無能焉、仁者不憂、知者不惑、勇者不懼、子貢曰、夫子自道也、

怍, Tso, verecundari.
沐, Mou, caput lavare : imbuere : accurare.

蘧 K'IU, species fungi : cognomen.
蘧麥, Triticum sylvestre.
蘧蘧, Contentus. R. 140.

21. Philosophus ait : si cujus verba non sint modesta, tunc exequi illa erit difficile (1).

22. T'si toparcha, T'chen t'cheng tse, occiderat Kien regulum. Confucius abluit caput corpusque, et regiam petens, rem detulit ad Ngai regulum, dicens : T'chen heng interfecit suum principem ; rogo punias illum. Regulus ait : certiores facias illos tres dominos (2). Confucius sibi dixit : quia ego subsequor magistratuum calcem (3), non audebam quin monerem : et princeps dixit ut moneam illos tres dominos (4) ! Adivit tres dominos, et monuit. Non annuerunt. Confucius respondit : quia ego subsequor magistratuum calcem, non audebam quin monerem.

23. Tse lou quæsivit, qui serviendum principi. Confucius respondit : ne decipias, et resiste illi.

24. Philosophus ait : vir sapiens sursum penetrat ; vulgaris homo deorsum progreditur (5).

25. Philosophus ait : veteres studebant pro se ; præsentes student propter hominum æstimationem.

26. Wei toparcha K'iu pé yu misit hominem ad Confucium. Confucius copiam fecit illi sedendi, et interrogavit dicens : tuus dominus quid agit ? Respondens ait : meus dominus vellet minuere sua errata, et nondum potuit. Legato egresso, Confucius exclamavit : o legatum ! qualem legatum !

27. Tseng tse dicebat : sapientis cogitatio non excedit suum officium (6).

28. Philosophus ait : sapiens modestus suis verbis, at excedens suis actibus.

29. Philosophus ait : sapientis ratio triplex ; et ego nullam attingo : corde perfectus, non tristatur ; prudens, non hallucinatur ; fortis, non pavet. Tse kong reponit : magister ipse dicis (7).

---

(1) De magnidicis est sermo.

(2) Tota potestas penes tres familias erat.

(3) Seu, ultimus sum magistratuum.

(4) 者, sic phrasim abrumpens, admirantis est.

(5) Alter rationem, alter passiones sequens.

(6) Ex libro Mutationum est sententia.

(7) Ex humilitate te nullam attingere dicis.

○子貢方人、子曰、賜也賢乎哉、夫我則不暇、

○子曰、不患人之不己知、患其不能也、

○子曰、不逆詐、不億不信、抑亦先覺者、是賢乎、

○微生畝謂孔子曰、丘何爲是栖栖者與、無乃爲佞乎、孔子曰、非敢爲佞也、疾固也、

○子曰、驥、不稱其力、稱其德也、

○或曰、以德報怨、何如、子曰、何以報德、以直報怨、以德報德、

○子曰、莫我知也夫、子貢曰、何爲其莫知子也、子曰、不怨天、不尤人、下學而上達、知我者其天乎、

○公伯寮愬子路於季孫、子服景伯以告曰、夫子固有惑志於公伯寮、吾力猶能肆諸市朝、子曰、道之將行也與、命也、道之將廢也與、命也、公伯寮其如命何、

○子曰、賢者辟世、其次辟地、其次辟色、其次辟言、

暇, Hia, otiari.

逆, Ni, adversari, contraire, obviam ire.

覺, Kio, sentire, comprehendere. 覺, Kiao, expergisci.

畝, Meou, jugerum olim centum, nunc vero 240 passuum. *R.* 102.

栖, Si, avium quies, subsidere.

驥, Ki, generosus equus, 100 leucas die peragens.

寮, Liao, fenestella. 僚, Præfecturam simul gerens, collega.

30. Tse kong metiebatur homines; Confucius ait : Se jam sapiens ergo! Ego vero tale otium non habeo.

31. Philosophus ait : non angor alios non me ipsum noscere; doleo ipsum nihil posse.

32. Philosophus ait : qui non præsumit deceptiones, non supponit diffidentias, at ceteroquin prior odoratur, is an non sapiens (1)?

33. Wei cheng meou alloquens Confucium ait : K'ieou, cur es tam indesinenter sollicitus? Nonne id est agere suaviloquentem? Confucius ait : ego non audeo agere suaviloquentem, sed odi pertinaciam.

34. Philosophus ait : famosus equus non laudatur a robore, laudatur a sua tractabilitate.

35. Quidam ait : cum beneficiis retribuere simultates, quomodo? Confucius respondit : cum quo retribues beneficia? Utitor æquitate ad compensandas injurias, cum beneficio retribue beneficium.

36. Philosophus ait : nemo me novit, heu! Tse kong reponit : qui fit ut nemo magistrum noscat? Confucius ait : non succenseo cœlo, non criminor homines; ab imis addiscens, ad altiora penetro; qui me cognoscit, is an non cœlum?

37. Lou civis Kong pé liao accusaverat Tse lou apud Ki suen. Toparcha Tse fou king pé id retulit dicens : meus dominus certo habet dubitantem animum a Kong pé liao; at meæ vires adhuc possent hujus cadaver exponere in foro vel regia. Confucius respondit : rectam doctrinam acturam cursum necne, cœlestis est decreti; rectam doctrinam fore necne perituram, a cœli decreto est : Kong pé liao, ille quid ad cœli decretum?

38. Philosophus ait : sapientes fugiunt sæculum; alii vero fugiunt patriam; alii autem fugiunt tractandi speciem; alii demum fugiunt loquendi modum (2).

---

(1) 逆, nondum venienti occurrere : aliorum fallacias et aversiones, non supponit antequam sint; vix ac sunt, præsentiscit.

(2) Alii depravato sæculo adeunt sylvas, alii corrupto regno abeunt alio, alii male tractantem aut male loquentem relinquunt regem : quatuor se subducendi ordines, non vero quatuor sapientum gradus.

肆 Se, forum nundinarium : dissolutus : indulgere : unde, ideo : extendere, ampliare : sequi : disponere : irrumpere : sontis cadaver exponere. 肆, ti, exartuare victimam.

○子曰、作者七人矣、

○子路宿於石門、晨門曰、奚自、子路曰、自孔氏、曰、是知其不可而爲之者與、

○子擊磬於衞、有荷蕢而過孔氏之門者、曰、有心哉、擊磬乎、旣而曰、鄙哉硜硜乎、莫已知也、斯已而已矣、深則厲、淺則揭、子曰、果哉、末之難矣、

○子張曰、書云、高宗諒陰、三年不言、何謂也、子曰、何必高宗、古之人皆然、君薨、百官總已、以聽於冢宰三年、

○子曰、上好禮、則民易使也、

○子路問君子、子曰、脩己以敬、曰、如斯而已乎、曰、脩己以安人、曰、如斯而已乎、曰、脩己以安百姓、脩己以安百姓、堯舜其猶病諸、

晨 Chen, mane, diluculum.

擊 Ki, percutere.

磬 K'ing, chalcophonos. 磬, Exhaurire. 磬, Percussi lapidis sonus.

荷 Ho, nelumbium speciosum. 荷, Humeris gestare.

蕢 Koei, sporta ad herbas asportandas. K'oai, blitum rubro culmo : sporta.

淺 T'sien, aqua non profunda : pili breviores, pellis tigrina.

揭 Kié, erigere. 揭 K'i, vestes usque ad genua attollere ad vadum transigendum : supra genua attrahere dicitur Che 攝 : supra cingulum attollere dicitur Li 厲.

陰 Yn, principium imperfectum : septentrioni obversus : umbra. 陰, Sepelire. Ngan, casa in qua imperator luctum transigebat.

薨 Hong, regulorum magnatumque mors. 薨薨, Plurium volantium strepitus.

總 Tsong, in summa, simul, omnino :

39. Philosophus ait : qui sic facesserunt, septem sunt homines (1).

40. Tse lou pernoctavit in Che men. Matutinus janitor ait : undenam? Tse lou respondit : ex K'ong cognominato. Ait : is scilicet, qui scit aliquid impossibile, et tamen idipsum agit (2)?

41. Philosophus pulsabat chalcophonum in Wei; fuit qui gestans corbulas, et pertransiens Confucii januam, exclamavit : quanto cum affectu pulsat chalcophonum (3)! Postmodum vero subjunxit : oh! quam rudis ejus durities! Nemo ipsum agnoscit; ergo cessandum, et nihil aliud. Si profundior est vadus, tunc supra zonam amictus trajicias; si depressior, tunc vestes ad genu corripias (4). Confucius ait : O pertinaciam! At non id difficile (5).

42. Tse tchang ait : Annalibus dicitur imperator Kao tsong, parentali luctu, tres annos non fuisse locutus; quid significat (6)? Confucius respondit : quid determinas Kao tsong? Antiquitatis homines omnes ita : principe defuncto, singuli præfecti generatim administrabant propria, cum dependentia a primario ministro per tres annos.

43. Philosophus ait : si superior amet ordinem, tunc populus facile mandatur.

44. Tse lou interrogavit de viro sapiente. Confucius respondit : excolit se per suiipsius vigilantiam. Instat : itane, et nihil amplius? Ait : excolit se indeque vota explet aliorum. Instat : itane, et præterea nihil? Ait : excolit se indeque tranquillat populum. Excolere se ad pacem populi, Yao et Choen illi etiam laborabant de hoc (7).

---

(1) 作 surgens abire. Qui sint septem homines, ignoratur.

(2) Tunc temporis societatem reformare, uti frustra Confucius contendebat.

(3) Lamentabili sono publicam turbationem Confucius deplorabat.

(4) Vide Carmen (I. 34.). 厲, ut clare explicat K'ang hi dictionarium, est superiore corpore indutus trajicere vadum.

(5) 末 scilicet 無 : pertinaci animo latitare, seque labori et periculo subducere, difficile non est.

(6) Illud *Leang ngan*, juxta nonnullos, exprimit obscuram delitescentis mansionem.

(7) 諸 valet 之, ut jam notavimus.

---

colligere : dux. 總, Suere : sutura, junctura. | 冢 Tchong, tumulus, sepultura : primogenitus.

○原壤夷俟、子曰、幼而不孫弟、長而無述焉、老而不死、是爲賊、以杖叩其脛、

○闕黨童子將命、或問之曰、益者與、子曰、吾見其居於位也、見其與先生竝行也、非求益者也、欲速成者也、

卷八

衞靈公問陳於孔子、孔子對曰、俎豆之事、則嘗聞之矣、軍旅之事、未之學也、明日遂行、在陳絶糧、從者病、莫能興、子路愠見曰、君子亦有窮乎、子曰、君子固窮、小人窮斯濫矣、

○子曰、賜也、女以予爲多學而識之者與、對曰、然、非與、曰、非也、予一以貫之、

○子曰、由、知德者鮮矣、

○子曰、無爲而治者、其舜也與、夫何爲哉、恭己正南面而已矣、

壤 Jang, regio, terra mollis.
幼 Yeou, puer decennis, junior.
脛 Hing, *alicubi* King, tibia, os cruris.
俎 Tsou, quadra, seu mensula excipiens victimas exartuatas. *R.* 9.
糧 Leang, alimenta, commeatus : vectigal.
濫 Lan, exundare : punitione excedere : levia verba. 濫, Fructus in aqua macerare. 濫 Hien, fons recta erumpens.

45. Yuen jang decussatis pedibus expectabat; Confucius ait : junior, nec observasti majores; adultus, nec habuisti quod laudaretur; et senior, nec moreris; id est esse cladem : et cum scipione pulsavit ejus tibiam (1).

46. Kiué tang pagi puer deferebat mandata; quidam petiit de illo dicens : proficit ergo? Confucius respondit : ego video illum considere in dignitatis sede, video illum cum majoribus natu pariter incedere : non est studiosus proficiendi, sed volens quamprimum formatus evadere (2).

CAPUT OCTAVUM.

Wei Ling regulus percunctatus est strategiam a Confucio. Confucius respondens ait : sacrificarum lancium pyxidumque res, has quidem olim audivi; legionum turmarumque res, nondum eas didici : postero die statim abiit. Dum esset in regno T'chen intercepta annona : qui comitabantur infirmati sunt, et nemo poterat surgere. Tse lou indignationem prodens ait : sapienti etiam accidit angustari? Confucius respondet : sapiens certe angustatur, at vulgaris homo angustatus statim diffluit (3).

2. Philosophus ait : Se, tune hominem me censes, qui multa didicerit eaque retinuerit? Respondens ait : ita; an aliter est? Ait : aliter : ego per unum pervado totum (4).

3. Philosophus ait : Yeou, noscentes virtutem, pauci.

4. Philosophus ait : nihil agens et tamen recte gubernans, is nonne Choen fuit? Ille quid agebat? Recte se componens, recta spectabat australem oram et nihil aliud.

---

(1) Yuen jang, jamdiu Confucii necessarius, sed Lao tse principiis addictus, licentius de decoro remiserat. 夷 est supine decussatis pedibus sedere. 孫 et 弟 pro 遜 et 悌.

(2) Putabat interrogans ideo puerum ad hospites allegari, quod in studio processus haberet : negat Confucius, qui potius illi hoc officium demandaverat, ut ritus addisceret.

(3) Illud 固 potest etiam verti *fortiter*.

(4) 之 refertur ad totum cognitionum ordinem; — designat omnium fontem, universalem rerum rationem : confer dicta sub finem capitis secundi.

○子張問行、子曰、言忠信、行篤敬、雖蠻貊之邦行矣、言不忠信、行不篤敬、雖州里行乎哉、立、則見其參於前也、在輿、則見其倚於衡也、夫然後行、子張書諸紳、

○子曰、直哉史魚、邦有道如矢、邦無道如矢、君子哉蘧伯玉、邦有道則仕、邦無道則可卷而懷之、

○子曰、可與言而不與之言、失人、不可與言而與之言、失言、知者不失人、亦不失言、

○子曰、志士仁人、無求生以害仁、有殺身以成仁、

○子貢問爲仁、子曰、工欲善其事、必先利其器、居是邦也、事其大夫之賢者、友其士之仁者、

○顏淵問爲邦、子曰、行夏之時、乘殷之輅、服周之冕、樂則韶舞、放鄭聲、遠佞人、鄭聲淫、佞人殆、

○子曰、人無遠慮、必有近憂、

州 Tcheou, continens, insula : provincia : 2500 domus : civitas secundi ordinis. *R.* 47.

輿 Yu, currus stratum. *R.* 159.

衡 Heng, temonis jugum, lignum transversum : stateræ brachium : appendere : constellatio in Centauro. Hong 橫, transversum. *R.* 144.

輅 Lou, magnus imperatoris currus.

迓 Ya, obviam ire.

鄭 Tcheng, antiquum regnum.

---

(1) Discipuli quæstio referebatur ad externa, ut actio quocumque loco ab omni impedimento libera esset; Confucius revocat ad interna.

5. Tse tchang petiit de libero agendi cursu. Confucius respondit : sermo sit fidelis et verax, actio seria et matura, et vel in australium borealiumque barbarorum regno cursum habebit. Si verba careant fidelitate et veracitate, et opera non sint seria et cauta, vel oppido aut pago, qui unquam cursum habebunt (1)? Cum stas, tunc conspice ista constare in conspectu : insidens currui, tunc contemplare ista adhærere ad jugum : ita, et tunc demum cursus liber erit. Tse tchang ista inscripsit in zonæ fimbria (2).

6. Philosophus ait : Proh quam rectus, Wei historiographus Yu ! Cum regni viget ordo, instar est sagittae; cum regni jacet ordo, instar sagittae est. Proh quantae sapientiae Wei magistratus Kiu pé yu ! Si regno viget ordo, tunc munere exercet; si regno jacet ordo, tunc potest colligere et recondere illam.

7. Philosophus ait : si par est quicum loquaris, et non cum ipso loqueris, perdis hominem : si non est par quicum loquaris, et cum ipso loqueris, perdis verba : prudens non perdit hominem, et etiam non perdit verba.

8. Philosophus ait : cordatus vir et perfectus homo, nullus quaerit vivere ut officiat virtuti; datur qui profundit vitam, ut consummet virtutem.

9. Tse kong quaerit qui evaderet perfectus. Confucius ait : artifex volens perficere suum opus, profecto prius acuit sua instrumenta. Immorans aliquo regno, servias ejus magistratuum sapientioribus, consocieris ejus litteratorum probioribus.

10. Yen yuen consulit de administrando regno. Confucius respondit : induc dynastiae Hia calendarium : conscende dynastiae Yn currum : indue dynastiae Tcheou tiaram : musica vero sit *Concordia pantomimica ;* rejice regni Tcheng cantiones, ablega garrulos assentatores; Tcheng cantiones sunt voluptuosae, garruli assentatores periculosi (3).

11. Philosophus ait : homo haud longe praemeditans, profecto habet prope mœrorem.

---

(2) 其 designat verborum sinceritatem et actionum maturitatem. 參 hæc duo cum te quasi fieri ternaria.

(3) Sub dynastia Tcheou, anni exordium constituebatur a hiemali solstitio; sub Chang, mense sequenti; sub Hia vero a novilunio, quod proxime aberat ab ingressu solis in 15 gradum Aquarii : quæ temporis ratio, utpote magis ad agriculturam accomodata, etiamnum viget. Currus secundæ dynastiæ simplicitate commendabatur; pro sacrificiis autem tiaræ præstabat usus.

○子曰、已矣乎、吾未見好德、如好色者也、

○子曰、臧文仲、其竊位者與、知柳下惠之賢而不與立也、

○子曰、躬自厚而薄責於人、則遠怨矣、

○子曰、不曰如之何如之何者、吾末如之何也已矣、

○子曰、羣居終日、言不及義、好行小慧、難矣哉、

○子曰、君子義以爲質、禮以行之、孫以出之、信以成之、君子哉、

○子曰、君子病無能焉、不病人之不已知也、

○子曰、君子疾沒世而名不稱焉、

○子曰、君子求諸已、小人求諸人、

○子曰、君子矜而不爭、羣而不黨、

○子曰、君子不以言舉人、不以人廢言、

○子貢問曰、有一言而可以終身行之者乎、子曰、其恕乎、已所不欲、勿施於人、

柳 Lieou, salix babylonica.

責 Tché, objurgare, improbare: officium, onus. Tchai 債, debitum.

慧 Hoei, perspicax, ingeniosus.

12. Philosophus ait : Proh actum est! ego nondum vidi amantem virtutis sicut amatur formositas.

13. Philosophus ait : Lou minister Tsang wen tchóng, an non is furans est dignitatem? perspectam habet Lieou hia hoei illius sapientiam, et tamen non secum evehit.

14. Philosophus ait : in seipsum graviter, leviter autem animadvertendo in alios, sic procul arcebis odia.

15. Philosophus ait : qui non dicat : quomodo hoc, quomodo illud (1); ego non habeo quod ipsi faciam jam (2).

16. Philosophus ait : turmatim convenientes tota die, si verba non attingant æquitatem, sed ament producere privatam prudentiam, proh! quanta insunt difficultate!

17. Philosophus ait : vir sapiens æquitatem assumit pro basi, cum ritu exercet illam, in demissione patefacit illam, per sinceritatem perficit illam. O vere sapientem (3)!

18. Philosophus ait : sapiens angitur se nihil posse, non ægrescit quod alii non ipsum noverint.

19. Philosophus ait : sapiens ægre fert excedere vita quin suum nomen sit laude dignum.

20. Philosophus ait : sapiens quærit a se, vulgaris homo quærit apud alios (4).

21. Philosophus ait : sapiens est gravis sed sine offensione, est socialis sed sine partium affectu.

22. Philosophus ait : sapiens nec ob verba elevat hominem, nec ob hominem rejicit verba (5).

23. Tse Kong interrogans ait : estne unum verbum quod possit per totam vitam peragi? Confucius ait : nonne illud est Charitas? Tibi quod non vis, ne conferas in alios.

---

(1) Qui non perpendat quomodo res ad normam rite sit peragenda.

(2) 末 sonat, ut alias, 無.

(3) 質 substratum innuit, cui cetera superadduntur.

(4) Sapiens quærit quod in sua est potestate, vulgaris homo quærit quod ab aliorum pendet arbitrio, uti gloriam, dignitates et alia hujusmodi.

(5) Ab homine malo non rejicit verba bona.

○子曰、吾之於人也、誰毀誰譽、如有所譽者、其有所試矣、斯民也、三代之所以直道而行也、

○子曰、吾猶及史之闕文也、有馬者、借人乘之、今亡已夫、

○子曰、巧言亂德、小不忍、則亂大謀、

○子曰、衆惡之、必察焉、衆好之、必察焉、

○子曰、人能弘道、非道弘人、

○子曰、過而不改、是謂過矣、

○子曰、吾嘗終日不食、終夜不寢、以思、無益、不如學也、

○子曰、君子謀道不謀食、耕也餒在其中矣、學也祿在其中矣、君子憂道不憂貧、

○子曰、知及之、仁不能守之、雖得之、必失之、知及之、仁能守之、不莊以涖之、則民不敬、知及之、仁能守之、莊以涖之、動之不以禮、未善也、

毀 Hoei, destruere : obloqui : extenuare : deprecari infortunium : pueri dentes cadentes.

借 Tsié, 借, Tsi, mutuari.
耕 Keng, arare.
涖 Li, curam gerere.

---

(1) Materiam in viro esse ad majora præstanda expertus sum.

(2) Rationem dat cur neminem præter meritum vituperet aut laudet, aitque :

24. Philosophus ait : ego quoad alios, an ullum exaggerate deprimo, an ullum exaggerate laudo? Et si sit quem exaggerate laudem, is habet quod expertus sum (1). Iste populus est sane, tres fundatores quicum juxta aequum jus egerunt (2).

25. Philosophus ait : ego adhuc nactus fui historiographum omittentem incertorum scriptionem, et possessorem equorum commodantem aliis conscendendos : at nunc evanuerunt jam !

26. Philosophus ait : phalerata verba perturbant virtutem; parva intolerantia vero evertit magna consilia.

27. Philosophus ait : si multitudo odit quempiam, omnino examinandus : si multitudo quempiam amet, omnino examinetur.

28. Philosophus ait : homo potest amplificare doctrinam, non est doctrina quæ amplificet hominem (3).

29. Philosophus ait : peccare et non emendari, hoc dicitur vitium.

30. Philosophus ait : ego olim tota die non comedebam, tota nocte non dormiebam, ut meditarer; nihil profeci; potius est addiscere.

31. Philosophus ait : excellens vir intendit sapientiae, non intendit cibo : sit agricultura, sterilitatis fames invenitur in illa, dum studium, dignitatum census invenitur in illo : at sapiens angitur de sapientia, non angitur de paupertate.

32. Philosophus ait : si intelligentia assequitur gubernandi rationem, at virtus non valeat illam conservare, licet illam teneas, illam profecto amittes : si intelligentia par sit illi, et virtus valeat illam conservare, at non cum gravitate præsis populo, tunc populus non reverebitur : si intelligentia attingat rem et virtus valeat rem conservare, et cum gravitate regas populum, at hunc moveas non juxta debitam normam, nondum perfectum erit (4).

---

præsens populus, licet diversa sint tempora, æque populus est, nec alius ac ille, quem trium dynastiarum conditores nec præmio nec pœna exaggerate persecuti, juxta meriti æquitatem, prout ipsa recta populi natura requirit, tractabant : illi non exaggerabant, nec ego exaggero.

(3) Doctrina per se non amplificat, cum subjecta sit voluntati.

(4) 之, quater initio repetitum, refertur ad subauditum totius sententiæ argumentum, quod est ratio gubernandi se et populum. 之 sub sententiæ finem, refertur ad subsequentem vocem 民.

○子曰、君子不可小知、而可大受也、小人不可大受、而可小知也、

○子曰、民之於仁也、甚於水火、水火、吾見蹈而死者矣、未見蹈仁而死者也、

○子曰、當仁不讓於師、

○子曰、君子貞而不諒、

○子曰、事君敬其事、而後其食、

○子曰、有教無類、

○子曰、道不同、不相爲謀、

○子曰、辭、達而已矣、

○師冕見、及階、子曰、階也、及席、子曰、席也、皆坐、子告之曰、某在斯、某在斯、師冕出、子張問曰、與師言之道與、子曰、然、固相師之道也、

○季氏將伐顓臾、冉有季路見於孔子曰、季氏將有事於顓臾、孔子曰、求、無乃爾是過與、夫顓臾、昔者先王以爲東蒙主、且在邦域

火 Houo, ignis.
貞 Tcheng, firmiter rectus.
類 Lei, species, genus : assimilari : sacrificium cœlo.

某 Meou, talis, quidam.
顓 Tchoan, totus esse in negotio.
蒙 Mong, recipere : contegere : hebes.
域 Yu, mœnitum oppidum, regio.

33. Philosophus ait : excellens vir non potest in parvis cognosci, at potest magna suscipere : vulgaris homo non potest magna suscipere, at potest in parvis notescere (1).

34. Philosophus ait : populus quoad virtutem, potiorem habet quam aquam et ignem (2). Aquam et ignem, ego vidi qui calcaret et periret ; nondum vidi qui insisteret virtuti et periret.

35. Philosophus ait : muneri habens virtutem, nec cedes magistro (3).

36. Philosophus ait : sapiens est tenax, sed non pervicax.

37. Philosophus ait : serviens principi cordi habeat suum munus, et posthabeat suum censum.

38. Philosophus ait : existit institutio sine hominum distinctione (4).

39. Philosophus ait : si vitae ratio non sit eadem, non convenitur ad deliberandum.

40. Philosophus ait : sermo sit intelligibilis, et hoc satis.

41. Phonascus Mien visitatum advenerat : ad scalas, Confucius monuit : scalæ sunt; assequentem storeas, Confucius monuit : hîc storea : cum omnes consederint, Confucius admonuit eum dicens : talis est hic, talis est illic. Musico Mien egresso, Tse tchang sciscitatus ait : cum phonasco dicere talia, normane? Confucius ait : ita; sane juvandi cœcos phonascos norma.

PARS POSTERIOR.

1. Ki familia invasura erat Tchoan yu. Jan yeou et Ki lou revisentes ad Confucium dixerunt : Dominus Ki mox habebit rem cum Tchoan yu. Confucius ait : K'icou, nonne est tuum hoc crimen? Ista Tchoan yu, olim a priscis regibus habita est uti orientalis Mong domina; præterea est in regni

---

(1) Excellens vir in parva re facile non peritus, vulgaris homo in parvis facile peritus, indeque notus esse potest.

(2) 於, servit comparativo, *præ;* tum, præcedente 之, innuit objectum, *quoad.*

(3) Si consideres virtutem tanquam proprium officium in magnis arduisque negotiis, nulli, nec ipsi magistro, ex humilitate, tanquam sustinendi impar, ejus exercitium cedere voles.

(4) Institutio non excludit homines malos.

之中矣、是社稷之臣也、何以伐爲、冉有曰、夫子欲之、吾二臣者、皆不欲也、孔子曰、求、周任有言曰、陳力就列、不能者止、危而不持、顚而不扶、則將焉用彼相矣、且爾言過矣、虎兕出於柙、龜玉毀於櫝中、是誰之過與、冉有曰、今夫顓臾、固而近於費、今不取、後世必爲子孫憂、孔子曰、求、君子疾夫舍曰欲之、而必爲之辭、丘也聞有國有家者、不患寡而患不均、不患貧而患不安、蓋均無貧、和無寡、安無傾、夫如是、故遠人不服、則脩文德以來之、既來之、則安之、今由與求也、相夫子、遠人不服、而不能來也、邦分崩離析、而不能守也、而謀動干戈於邦內、吾恐季孫之憂、不在顓臾、而在蕭牆之內也、

○孔子曰、天下有道、則禮樂征伐、自天子出、天下

列、Lié, ordo, disponere. *R.* 18.
扶 Fou, suffulcire, adjuvare : apponere quatuor digitos. P'ou 匍, manibus reptare.
兕 Se, bos silvestris. *R.* 10.
柙、Hia, septum.
櫝、Tou, armarium, arcula.
崩 Pong, mons ruens : imperatoris mors.
析、Si, ligna findere, partiri.
戈 Kouo, sparum, arma, hasta.
蕭 Siao, artemisia capillaris.
征 Tcheng, militaris expeditio, bellum inferre : tributa exigere.

(1) In regno Lou tres præpotentes familiæ Mong suen 孟孫, Chou suen 叔孫, Ki suen 季孫, quatuor regni partes inter se partitæ fuerant, et Ki suen jam duabus potiebatur : at adnexæ ditiones (附庸), adhuc regulo subjiciebantur. Hujusmodi erat ista, cujus dominus, vicecomitis titulo insignitus, fuerat præses sacrificiorum constitutus, quæ in sacro Mong monte peragebantur. Mons

confinium meditullio; estque reguli domui subdita : qui ut invadatur fiet (1)? Jan yeou subjunxit : dominus vult hoc; nos duo ejus ministri, ambo non volumus. Confucius respondit : K'ieou, historiographus Tcheou jen habebat effatum sic expressum : exerturus vires adeat dignitates; qui non possit, absistat; si periclitantem non sustentet, prolabentem non erigat, tunc futurus cuinam usui ille cœci ductor? Imo tuum dictum aberrat. Si tigris vel urus effugiat e septo, si chelonium vel jaspis vitietur in arcæ medio, id cujusnam culpa (2)? Jan yeou inquit : nunc illa Tchoan yu bene munita est, et tamen proxima ad nostram Pi : si modo non occupet, posterioribus generationibus certo erit filiorum nepotumque sollicitudo. Confucius respondit : K'ieou, sapiens odit hujusmodi renuentem dicere se velle rem, et firmiter prætexentem rei excusationes. K'ieou audivi, tenentes regnum et habentes familiam non angi infrequentia subditorum, sed angi non æqua juris distributione; non angi paupertate, sed angi quod non sit pax. Etenim si æqua distributio, non erit paupertas; si concordia, non infrequentia; si pax, non erit eversio. Hæc ita se habent (3) : quapropter si remotiores populi necdum se submittant, tunc expolienda externa virtus ad attrahendos illos; cumque illos attraxeris, illos tunc pace confirmes. Nunc tu Yeou cum K'ieou, adjuvatis dominum vestrum; remotior populus non se subjicit, et tamen non potestis attrahere (4); regnum divisum concidit distrahiturque in partes, nec potestis conservare : et adhuc molimini movere scuta et hastas in regni visceribus. Ego timeo ne Ki Suen sollicitudo non versetur in Tchoan yu, sed inveniatur honorarium diathyrum intra (5).

2. Confucius ait : cum in imperio viget ordo, tunc ritus, musica, et armis infligendæ punitiones ab imperatore procedunt : cum imperio deest ordo,

---

iste orientalis vocatur, ut ab alio ejusdem nominis distingueretur. 社稷, seu Telluris Cererisque aræ, significant reguli familiam, cui adnectebantur.

(2) 龜, emys, quo nomine, ipse ejus cortex divinationis usui solet asservari.

(3) Virtute, non armis subjiciuntur populi, et si interna virtus non sufficit, externa adjungenda.

(4) Tchoan yu designatur, quæ, utpote adnexa ditio, remotior erat.

(5) Ita vocari pro janua diathyrum aliqui putant, quod intra illud advenienti hospiti exhibebatur reverentia, vel etiam quod illud pertingentes subditi, ad majorem reverentiam se componerent. Domi ergo adesse dicitur sollicitudinis causa. Et revera mox Ngai regulus arma regni Tchao 趙 in suum Lou regnum convertere tentavit, ut Ki familia tolleretur.

無道、則禮樂征伐、自諸侯出、自諸侯出、蓋十世希不失矣、自大夫出、五世希不失矣、陪臣執國命、三世希不失矣、天下有道、則政不在大夫、天下有道、則庶人不議、

○孔子曰、祿之去公室、五世矣、政逮於大夫、四世矣、故夫三桓之子孫微矣、

○孔子曰、益者三友、損者三友、友直、友諒、友多聞、益矣、友便辟、友善柔、友便佞、損矣、

○孔子曰、益者三樂、損者三樂、樂節禮樂、樂道人之善、樂多賢友、益矣、樂驕樂、樂佚遊、樂宴樂、損矣、

○孔子曰、侍於君子有三愆、言未及之而言、謂之躁、言及之而不言、謂之隱、未見顏色而言、謂之瞽、

○孔子曰、君子有三戒、少之時、血氣未定、戒之在色、及其壯也、血氣方剛、戒之在鬬、及其老也、血氣既衰、戒之在得、

陪 P'EI, comitari, sequi, auxiliari. PEI 倍, addere, duplicare.

佚 I, pax, lætitia : tumultui se subducere.

宴 YEN, quies, otium : convivari.

愆 K'IEN, culpa, defectus.

躁 TSAO, promptus, sollicitus.

壯 TCHOANG, robustus, vir 30 annorum : decorus, abundans. *R.* 33.

鬬 TEOU, rixare, contendere.

tunc ritus, musica et bellicæ expeditiones a regulis procedunt : si a regulis procedunt, circiter decem intra ætates, pauci non amittent; si a toparchis procedunt, quinque intra ætates pauci non amittent; si domestici ministri tenent regni potestatem, tres intra ætates pauci non amittent. Si imperium tenet ordinem, tunc administratio non erit penes toparchas; si imperium servat ordinem, tunc plebis homines non disceptabunt.

3. Confucius addit : vectigalia abierunt e reguli domo, quinque abhinc generationes; administratio devenit ad magnos magistratus, a quatuor jam generationibus. Ideo isti tres Hoan reguli pronepotes attenuati sunt (1).

4. Confucius ait : utiles sunt tres amicitiæ, noxiæ tres amicitiæ : congredi rectum, conjungi sincero, sociari multorum scio, utilitati erit : congredi expertum fucandi, congredi peritum blandiendi, congredi pronum garrulitati, damno erit.

5. Confucius ait : utiles sunt tres amores, perniciosi tres amores. Amare discernere ritus et musicam, amare dicere aliorum bona, amare multiplicare sapientes amicos, utilitati erunt. Delectari effreni voluptate, delectari licentioribus vagationibus, delectari epularum deliciis, intertrimento sunt (2).

6. Confucius ait : assistentis ad insignem virum dantur tria errata. Si ejus sermo nondum te attigerit et loquaris, vocatur præcipitantia : si sermo te attigerit, et non loquaris, vocatur occultatio; si nondum observaveris vultus apparentiam et loquaris, vocatur cœcitas.

7. Confucius ait : sapiens habet tria cavenda. Adolescentiæ tempore, sanguine et spiritibus nondum confirmatis, quod cavere est, impudicitia continetur : cum attigerit suam maturam ætatem, sanguine et spiritibus modo corroboratis, quod cavendum, consistit in rixis : provectus ad suam senectutem, sanguine et spiritibus jam fatiscentibus, quod caveat, est acquirendi cupiditas.

---

(1) Mortuo Wen regulo (文公), occisus est hæres, et evectus ad regnum nothus Siuen 宣, quem secuti sunt reguli T'cheng 成, Siang 襄, Tchao 昭 et Ting 定; ex eo tempore declinavit administratio, et vectigalia ad tres præpotentes familias transierunt, quæ ex tribus Hoan Ducis (桓公) nothis oriundæ, jus imo regni mox sibi vindicarunt. Vindicaverant jam a quatuor generationibus, cum invaluit in his familiis domesticus minister Yang ho, de quo Caput nonum, et sic præfatam (§. 2.) Confucii sententiam effectus comprobavit.

(2) 樂' yao, amare, delectari; 樂, yo, musica; 樂, lo, deliciæ, lætari.

○孔子曰、君子有三畏、畏天命、畏大人、畏聖人之言、小人不知天命而不畏也、狎大人、侮聖人之言、

○孔子曰、生而知之者、上也、學而知之者、次也、困而學之、又其次也、困而不學、民斯爲下矣、

○孔子曰、君子有九思、視思明、聽思聰、色思温、貌思恭、言思忠、事思敬、疑思問、忿思難、見得思義、

○孔子曰、見善如不及、見不善如探湯、吾見其人矣、吾聞其語矣、隱居以求其志、行義以達其道、吾聞其語矣、未見其人也、

○齊景公有馬千駟、死之日、民無德而稱焉、伯夷叔齊、餓于首陽之下、民到于今稱之、誠不以富、亦祇以異、其斯之謂與、

○陳亢問於伯魚曰、子亦有異聞乎、對曰、未也、嘗獨立、鯉趨而過庭、曰、學詩乎、對曰、未也、不學詩、無以言、鯉退而學詩、他日又獨立、鯉趨而過庭、曰、學禮乎、對曰、未也、不學禮、無以立、鯉退而學禮、聞

侮 Ou, illudere, despicere.
探 T'AN, explorare, inquirere, tentare.
餓 NGO, fames, esurire.
陽 YANG, principium, perfectum : austro obversus : clarus.
亢 K'ANG, aitus : resistere : siccitas : sidus in Virgine. 亢 KANG, HANG, collum. *R.* 8.

8. Confucius ait : sapiens tria sunt quæ veretur; veretur cœli numen, veretur magnos viros, veretur Sanctorum verba. Vulgaris homo non cognoscit cœli numen, adeoque nec veretur : parvifacit magnos viros, ludificatur Sanctorum verba.

9. Confucius ait : qui nativa sapiunt sapientia, primi sunt ordinis : qui studio addiscunt eam, secundi sunt : qui obtusi student ei, rursus ab his secundi : qui obtusi et non student, vulgus jam censentur infimum (1).

10. Confucius ait : sapiens habet novem curas : in visu intendit claritati, auditu intendit sagacitati, ore attendit comitati, habitu attendit modestiæ, verbis attendit fidelitati, actionibus intendit sedulitati, dubitans cogitat interrogare, irascens cogitat secutura incommoda, videns lucrum cogitat justitiam.

11. Confucius ait : aspicientes bonum, quasi nequeant assequi (2); aspicientes malum, quasi tangerent bullientem aquam : ego vidi hujusmodi homines, ego audivi hujusmodi proverbium. At latitantes domi ad rimandas suas notiones, et exercentes æquitatem ad prodendam suam doctrinam, ego audivi hujusmodi proverbium, nondum vidi hujusmodi homines (3).

12. T'si King regulus habebat equorum mille quadrigas; mortis die, populus nullam invenit virtutem, quam celebraret. Pé i et Chou t'si fame perierunt ad montis Cheou yang radicem; populus usque in præsens celebrat illos. « Vere non pensat divitias, sed solum pensat excellentiam » illud nonne de his dictum (4)?

13. T'chen kang percunctatus a Pé yu ait : tu porro habuistine extraordinariam auditionem? Respondens ait : nondum. Olim cum solus staret, ego Li festinans pertransii aulam; inquit : studesne Odis? respondi : nondum. Nisi studeas Versibus, non habebis unde loquaris. Ego Li recessi, et studui Versibus. Altera die, cum etiam solus staret, ego Li properans pertransii œcum; inquit : studesne Ritibus? Respondi : nondum. Nisi studeas Ritibus, non habebis unde consistas. Ego Li recessi et studui Ritibus.

---

(1) 之 designat sapientiam.

(2) Ita arripiunt festini.

(3) Exercere æquitatem, in publico scilicet munere, quo domi investigata recte gubernandi ratio foris probatur.

(4) Effatum ex Carmine (II. 34.) adducitur.

斯二者、陳亢退而喜曰、問一得三、聞詩、聞禮、又聞君子之遠其子也、

○邦君之妻、君稱之曰夫人、夫人自稱曰小童、邦人稱之曰君夫人、稱諸異邦曰寡小君、異邦人稱之、亦曰君夫人、

卷九

陽貨欲見孔子、孔子不見、歸孔子豚、孔子時其亡也、而往拜之、遇諸塗、謂孔子曰、來、予與爾言、曰、懷其寶而迷其邦、可謂仁乎、曰、不可、好從事而亟失時、可謂知乎、曰、不可、日月逝矣、歲不我與、孔子曰、諾、吾將仕矣、

○子曰性相近也、習相遠也、

○子曰、唯上知與下愚不移、

○子之武城、聞弦歌之聲、夫子莞爾而笑曰、割雞焉用牛刀、子游對曰、昔者偃也聞諸夫子曰、君子學道則愛人、小人學

遇 Yu, obviare, offendere : hiemalis regulorum clientela.
迷 Mi, perturbare.
亟 Ki, festinus. 亟 K'i, frequenter. *R.* 7.
移 I, mutare, migrare. 移, Recrearc. 移 T'che, amplificare.
弦 Hien, arcus nervi, cavæ lunæ arcus.
莞 Koan, scirpus, matta scirpea. 莞 Hoan, lenis risus.
刀 Tao, culter. 刀, scapha.

Audivi hæc duo. T'chen kang abiit, et gaudens ait : quærens unum, teneo tria : audivi de Versibus, audivi de Ritibus, et insuper audivi sapientem abstrahi a suo filio. (1).

14. Regni principis uxorem, princeps appellans eam vocat adjutricem, et adjutrix se nominans vocat parvam puellam : regni homines appellantes eam vocant principem adjutricem, et appellantes apud exteras ditiones vocant modicæ virtutis minorem principem; exterarum ditionum homines appellantes eam etiam vocant principem adjutricem (2).

CAPUT NONUM.

Yang ho volebat conventum Confucium; Confucius non invisit : dono misit Confucio porcellum (3). Confucius captavit tempus illius absentiæ, et ivit eum salutatum; offendit in via. Alloquens Confucium ait : veni; ego tecum loquar; additque : sinu recondens suum thesaurum, et turbatum relinquens suum regnum, poteritne dici pius? Respondit : non potest. Amans operari publicis rebus, et tamen passim amittens opportunitatem, poteritne vocari prudens? Respondit : non potest. Dies, mensesque pertranseunt, anni haud nos manent (4). Confucius respondit : bene; ego mox geram magistratum.

2. Philosophus ait : Homines natura invicem approximant, morum consuetudine invicem distant.

3. Philosophus ait : Duntaxat supremi ordinis sapientes cum infimi ordinis insipientibus non mutantur.

4. Confucius accedens Ou civitatem, audivit fidium canticorumque sonos : Magister renidens vultu risit, aitque : jugulaturus gallinam quorsum uti bovis cultro (5)? Tse yeou respondens ait : olim ego Yen audivi a magistro dici (6) : sapiens præses si studet sapientiæ tunc amat alios, vulgi homines

---

(1) Haud privato affectu filium docere.

(2) 夫人, quasi 扶人.

(3) 歸 valet 饋.

(4) 與 secundo tono, valet 待. — Carpit in Confucio privatæ vitæ otium.

(5) Tse yeou, ejus urbis gubernator, ritus et musicam instauraverat; inde civium cantus. Confucius ridet in parva civitate magna instituta usurpari : at opponit discipulus omnes docendos esse sapientiam.

(6) 諸, idem ac 於.

道則易使也、子曰、二三子、偃之言是也、前言戲之耳、

○公山弗擾以費畔、召、子欲往、子路不說、曰、末之也已、何必公山氏之之也、子曰、夫召我者、而豈徒哉、如有用我者、吾其爲東周乎、

○子張問仁於孔子、孔子曰、能行五者於天下、爲仁矣、請問之、曰、恭、寬、信、敏、惠、恭則不侮、寬則得衆、信則人任焉、敏則有功、惠則足以使人、

○佛肸召、子欲往、子路曰、昔者由也聞諸夫子曰、親於其身爲不善者、君子不入也、佛肸以中牟畔、子之往也如之何、子曰、然、有是言也、不曰堅乎、磨而不磷、不曰白乎、涅而不緇、吾豈匏瓜也哉、焉能繫而不食、

○子曰、由也女聞六言六蔽矣乎、對曰、未也、居、吾語女、

擾 Jao, perturbare, molestiam inferre. 擾, Mansuefacere, cicurare.
佛 Fou, adversari : Budda. Pi 弼, auxiliari : magnus.
肸 Hi, sonitus sese late diffundens. *R.* 130.
牟 Meou, boatus. 麰, Hordeum. *R.* 93.
磷 Lin, lapides ad ripas erecti. 磷, Attenuare.
涅 Nié, nigro tingere.
匏 P'ao, colocynthis. *R.* 20.

(1) 耳, particula finalis, illas præoptans phrases, quæ in brevem accentum desinunt, et illas potissimum quæ ipsam veluti quamdam particulam diminutivam admittunt. Sic 戲之耳 nonnisi per jocum, 一間耳 uno vix intervallo,

si student sapientiæ, tunc facile mandantur. Confucius ait : o duo tresve filioli, Yen hujus dictum verum est : quod antea dixi, jocus scilicet (1).

5. Kong chan fou jao, usurpata Pi, rebellaverat (2) : accersentem, Confucius volebat adire; Tse lou ægre ferens ait : nusquam ire est jam (3); quid necesse Kong chan familiam adire? Confucius ait : ipse me vocavit; num vero de nihilo? Si quis me utatur, ego forte effecero orientalem Tcheou (4).

6. Tse tchang petiit de vera virtute a Confucio. Confucius ait : valens peragere quinque in imperio, est perfectus. Ausim ea sciscitari. Respondit : ut sit obsequiosus, magnanimus, sincerus, sedulus, beneficus. Si obsequiosus, tunc non contemnetur; si magnanimus, tunc demerebitur multitudinem; si sincerus, tunc alii ei fident; si sedulus, tunc habebit effectum; si beneficus, tunc aptus erit qui mandet aliis.

7. Tsin toparcha Pi hi accersente, Confucius volebat adire. Tse lou ait : olim ego Yeou audivi a Magistro dici : si quis ipsemet in sua persona agat non recte, sapiens non coit. Pi hi usurpata Tchong meou rebellavit, et magister illum adit; quomodo hoc? Confucius respondit : ita; fuit hic sermo. Sed nonne dicitur : durum? perfricatur quin attenuetur ; et nonne dicitur : album, tingitur quin nigrescat (5)? ego qui sim ventrosa cucurbita! qui potero suspendi et non manducare!

8. Confucius ait : Yeou, tu audivistine sex notiones cum sex suis obstructionibus? Assurgens ait : nondum. Sede, ego docebo te (6). Amare humanitatem

---

好世俗之樂耳 amo vulgarem duntaxat musicam, 聖人亦人耳 sanctus vir, etiam homo et nil aliud. Quam vim retinet, etiamsi altera addatur particula, 弗思耳矣 solum non attendimus.

(2) Is, alter domesticus familiæ Ki minister, simul cum Yang ho totam rerum administrationem capessiverat.

(3) 說 sonat 悅, 末 valet 無 : nusquam doctrina recipitur; nusquam ergo, nec proinde ad hunc hominem adire præstabit.

(4) 之 initio et fine est verbum; 吾 其 optantis est; orientalem Tcheou, ad normam scilicet occidentalis.

(5) Nullum ex viri improbi consuetudine sibi timet damnum : hinc negat se posse immobilem esse, ad instar inanimæ rei.

(6) Sex notiones seu sex virtutes, quarum vera notio studio est internoscenda, ne hac veluti obruta, in vitium ipsæ aberrent. 愚 est defectus discernendi in quo et erga quem humanitas exercenda, 絞 est præcipitantia enunciandi res celandas.

好仁不好學、其蔽也愚、好知不好學、其蔽也蕩、好信不好學、其蔽也賊、好直不好學、其蔽也絞、好勇不好學、其蔽也亂、好剛不好學、其蔽也狂、

○子曰、小子何莫學夫詩、詩、可以興、可以觀、可以羣、可以怨、邇之事父、遠之事君、多識於鳥獸草木之名、

○子謂伯魚曰、女爲周南召南矣乎、人而不爲周南召南、其猶正牆面而立也與、

○子曰、禮云禮云、玉帛云乎哉、樂云樂云、鐘鼓云乎哉、

○子曰、色厲而內荏、譬諸小人、其猶穿窬之盜也與、

○子曰、鄉原、德之賊也、

○子曰、道聽而塗說、德之棄也、

○子曰、鄙夫、可與事君也與哉、其未得之也、患得之、既得之、患失之、苟患失之、無所不至矣、

帛, Pé, serica tenuissima : serica tela simplex. *R.* 50.

鐘 Tchong, campana : mensura continens sex metretas.

荏 Jen, tenellus. 荏菽, Soja hispida.

穿 T'choan, perforare. 穿, In lineam cogere.

窬 Yu, foramen in pariete, arcuata parietis foricula.

---

(1) Si de propiore agatur, patri; si de remotiore, principi.

(2) Nil videre aut progredi valens. Sunt vero illa prima duo carminum capita, in quibus optimi mores describuntur, a Tcheon et Chao Ducibus in australibus regnis instituti.

sine amore discendi, hujus vitium, inscitia : amare scientiam sine amore addiscendi, hujus vitium evagatio : amare fidelitatem sine amore addiscendi, hujus vitium offensio; amare ingenuitatem sine amore addiscendi, hujus vitium imprudentia; amare strenuitatem sine amore discendi, hujus vitium perturbatio; amare fortitudinem, sine amore discendi, hujus vitium temeritas.

9. Philosophus ait : o filioli, quare non studetis illi Carminum libro? Per carmina possumus nos excitare, possumus nos inspicere, possumus sociales evadere, possumus jure indignari, propiori servire patri, remotiori servire principi (1), et multa scire de avium, quadrupedum, herbarum, arborumque nominibus.

10. Confucius alloquens suum Pé yu ait : tu an non operaberis Tcheou australibus et Chao australibus? Homo qui non operetur Tcheou australibus et Chao australibus, is nonne videtur obversa muro facie consistere (2)?

11. Philosophus ait : Ritum dici, ritum nuncupari, quî unquam gemmas et serica significat? musices appellatio, musices appellatio, quî unquam est campanæ tympanique appellatio (3)?

12. Philosophus ait : habitu severi, intus autem flaccidi, comparati ad vile vulgus, nonne illi sunt veluti perforantes transilientesque parietem fures (4)?

13. Philosophus ait : vicorum integerrimi sunt virtutis pernicies (5).

14. Philosophus ait : in via audita statim in via enunciare, virtutis est projectio (6).

15. Philosophus ait : abjecti homulli! quî possis cum iis servire principi? Ii cum nondum id obtinuerint, anguntur ut illud obtineant; cumque jam id obtinuerint, anguntur ne illud amittant. Si anguntur ne illud amittant, nihil erit quo non pertingant.

---

(3) Dona sine obsequio non constituunt ritum, instrumenta sine harmonia non faciunt musicam.

(4) Comparantur ad infimum vulgus, et quidem ad eos e vili vulgo, qui noctu sunt fures, die autem honesti volunt et videri et haberi.

(5) Ii, qui fucata virtute totius pagi rusticorum, haud vero sapientum, tulerunt suffragium, veræ virtutis notionem lædunt.

(6) Audito virtutis documento, quin revolvas quin perpendas, moto vix vestigio statim effundere, virtutis adeptioni nocet.

○子曰、古者民有三疾、今也或是之亡也、古之狂也肆、今之狂也蕩、古之矜也廉、今之矜也忿戾、古之愚也直、今之愚也詐而已矣、

○子曰、惡紫之奪朱也、惡鄭聲之亂雅樂也、惡利口之覆邦家者、

○子曰、予欲無言、子貢曰、子如不言、則小子何述焉、子曰、天何言哉、四時行焉、百物生焉、天何言哉、

○孺悲欲見孔子、孔子辭以疾、將命者出戶、取瑟而歌、使之聞之、

○宰我問三年之喪、期已久矣、君子三年不爲禮、禮必壞、三年不爲樂、樂必崩、舊穀既沒、新穀既升、鑽燧改火、期可已矣、子曰、食夫稻、衣夫錦、於女安乎、曰、安、女安則爲之、夫君子之居喪、食旨不甘、聞樂不樂、居處不安、故不爲也、今

廉 Lien, angulus : non cupidus, purus.

朱 Tchou, minium. *R.* 75.

孺 Jou, infans.

悲 Pei, compati, dolere.

壞 Hoai, corrumpi. 壞 Hoei, infirmus.

燧 Soei, instrumentum metallicum ad ignem e sole colligendum, vel ligneum ad ignem terebratione excitandum.

稻 Tao, oryza nondum trita.

旨 Tche, intentio, voluntas : sapor exquisitus. *R.* 72.

甘 Kan, dulcis, sapidus : libens : suaviloquus.

16. Philosophus ait : antiquitus, homines habebant tres defectus : nunc vero vel hujusmodi nec sunt (1). Priscorum spiritus elatio erat lascivula; nunc temporis audacia est effrenatio : priscorum severitas, rigida; nunc temporis severitas est iracunda pugnacitas : priscorum ruditas, simplex; nunc temporis ruditas est versutia et nil aliud (2).

17. Philosophus ait : odi ostrum detrahens minio; odi Tcheng modulationes, perturbantes graviorem musicam; odi acutum os, subvertens regna et familias (3).

18. Philosophus ait : ego velim non amplius loqui. Tse kong subjunxit : magister si non loquatur, tunc nos discipuli quid transmittemus? Confucius respondit : cœlum qui unquam loquitur? Quatuor tempora recurrunt, res omnes enascuntur : cœlum an aliter loquitur?

19. Jou pei volebat invisere Confucium; Confucius se excusavit ab invaletudine; cumque deferens mandatum excederet fores, sumpsit cytharam et cecinit, ut ille id audiret (4).

20. Tsai ngo interrogavit cur sit trium annorum luctus, quando anni cursus jam sit diu multumque : si enim sapiens tres annos non exerceat ritus, ritus profecto exolescunt; cumque tres annos non agat musicam, musica profecto interibit. Et veteres fruges jam desierunt, novæ fruges jam ascenderunt in aream : et terebrans scalptorium mutavit ignem. Anno igitur exacto poterit cessari (5). Confucius respondit : et vesci illa oryza, et induere illa serica, in te tranquille feres? Tranquille, inquit. Si tu tranquille, tunc facias ita. At sapiens jacens in luctu, comedens exquisita non gustat, audiens musicam non delectatur, penetralia incolens non quiescit; ideo non faciet.

---

(1) 亡 sonat 無; defectus scilicet, immutata natura, in vitia abierunt.

(2) 肆, laxa, licentior, negligebat minima. 廉 anguli cornu, cui sine offensione impingi nequit.

(3) 紫 color compositus ex rubicundo et fusco, 朱 color genuinus.

(4) Ille, scilicet Jou pei. Is, regni Lou litteratus a Confucio ritus funebres edoctus, in quem tunc aliquid peccaverat.

(5) 燧 igni eliciendo lignum : vere ab ulmo, æstate a zizypho et sub finem a moro, autumno a quercu, hieme ab acere ignis eliciebatur. Ait ergo : anno concluditur temporum cursus, quidni et luctus?

女安、則爲之、宰我出、子曰、予之不仁也、子生三年、然後免於父母之懷、夫三年之喪、天下之通喪也、予也有三年之愛於其父母乎、

○子曰、飽食終日、無所用心、難矣哉、不有博弈者乎、爲之猶賢乎已、

○子路曰、君子尙勇乎、子曰、君子義以爲上、君子有勇而無義爲亂、小人有勇而無義爲盜、

○子貢曰、君子亦有惡乎、子曰、有惡、惡稱人之惡者、惡居下流而訕上者、惡勇而無禮者、惡果敢而窒者、曰、賜也亦有惡乎、惡徼以爲知者、惡不孫以爲勇者、惡訐以爲直者、

○子曰、唯女子與小人爲難養也、近之則不孫、遠之則怨、

○子曰、年四十而見惡焉、其終也已、

○微子去之、箕子爲之奴、比干諫而死、孔子曰、殷有三仁焉、

弈, I, scruporum ludus : pulcher, speciosus.
訕, Chan, obloqui.
窒, Tche, obstruere. Ti, implere.
訐, Kié, secreta alicui exprobrare.
箕, Ki, cribrum : constellatio in Sagittario.
奴, Nou, servus. *R.* 38.

---

(1) In luctu, oryza liquida, rudi veste, incommoda statione utebantur.

Nunc tu tranquille feres, ergo facias illud (1). Tsai ngo egresso, Confucius exclamavit : Yu iste non est pius. Filius natus tres annos, tunc demum abstrahitur e patris matrisque sinu ; hinc triennii luctus, est imperio communiter usitatus luctus. Yu habetne trium annorum amorem in suos parentes ?

21. Philosophus ait : ad satietatem comedentes totam diem, quin habeant cui applicent animum, proh ! quanta implicantur difficultate ! At num non habent talos et scrupos ? hos ducere adhuc sapientius quam abstinere (2).

22. Tse lou ait : sapiens nonne primas dat fortitudini ? Confucius respondit : sapiens justitiam habet uti primam : dignitate eminens, præditus robore sine justitia, erit turbulentus : privatus homo, habens robur et carens justitia, erit latro.

23. Tse kong ait : sapiens etiamne habet aversationes ? Confucius ait : habet aversationes : aversatur divulgantes aliorum mala ; aversatur qui constituti infima conditione, tamen obtrectant superioribus ; aversatur fortes qui careant civilitate ; aversatur intrepide audentes, qui sint animo obtuso. Tum pergit : tu, Se, num præterea habes quos averseris ? Aversor, inquit, qui alios explorant, id ducentes prudentiæ ; aversor qui non cedunt, id reputantes fortitudinem ; aversor qui occulta exprobrantes id existimant ingenuitatem.

24. Philosophus ait : solummodo subnubæ puellæ atque servitii homines sunt tractatu difficiles : si propior ipsis accedas, tunc non obsequentur ; si longe sis illis, tunc indignabuntur.

25. Philosophus ait : qui ætate quadragenarius adhuc habeatur invisus, illi finitum est jam (3).

PARS POSTERIOR.

1. Wei Vicecomes inde discessit, Ki Vicecomes factus est mancipium, Pi kan corripuit et occisus est. Confucius ait : Yn habuit tres veræ virtutis viros.

---

(2) Calculorum lusus duplex apud Sinenses, scruporum (圍棋), et latrunculorum (象棋) : alter 361 scrupis, alter 32 latrunculis constat. Talarius autem lusus antiquitus duodecim talis conficiebatur, iisque figuratis, quorum sex albi totidemque nigri : sex unusquisque jaciebat, hincque 六博 lusus appellatus.

(3) 見 nota passivi.

○柳下惠爲士師、三黜、人曰、子未可以去乎、曰、直道而事人、焉往而不三黜、枉道而事人、何必去父母之邦、

○齊景公待孔子曰、若季氏則吾不能、以季孟之閒待之、曰、吾老矣、不能用也、孔子行、

○齊人歸女樂、季桓子受之、三日不朝、孔子行、

○楚狂接輿、歌而過孔子曰、鳳兮鳳兮、何德之衰、往者不可諫、來者猶可追、已而已而、今之從政者殆而、孔子下、欲與之言、趨而辟之、不得與之言、

○長沮桀溺、耦而耕、孔子過之、使子路問津焉、長沮曰、夫執輿者爲誰、子路曰、爲孔丘、曰、是魯孔丘與、曰、是也、曰、是知津矣、問於桀溺、桀溺曰、子爲誰、曰、爲仲由、曰、是魯孔丘之徒與、對曰、然、曰、滔滔者天下皆是也、而誰以易之、且而

黜, T'CHOU, dejicere, abrogare, deprimere.
接, TSIÉ, excipere : succedere, jungere : celeriter. 捷, Vincere : festinanter. T'CHA 扱, colligere.
沮 TSIU, n. fluvii. 沮, Impedire, deterrere : erubescere. 沮, Madefacere.
溺, NI, submergi : perdite deamare. 溺 NIAO, mingere.
耦 NGEOU, bini arantes, par.
津 TSIN, vadum : saliva.
滔 T'AO, aquæ magnæ : contemnere.

(1) 士師, seu *judicum magister*, erat administer præfecti criminum.

2. Lieou hia hoei agens judicem criminalem pluries munere dejectus fuit (1). Alii dicebant : domine, an nondum licebit abire ? Respondit : si rectam tenens viam serviam aliis, quo ibo quin pluries dejiciar ? Si deflexum tenens iter serviam aliis, quid necesse relinquere patrium regnum ?

3. T'si King regulus recepturus Confucium ait : sicut Ki ministrum, equidem ego non potero : juxta Ki inter et Mong medium tractabo illum (2). At ego, inquit, jam senui ; non potero ejus opera uti. Confucius abiit.

4. T'si homines dono miserant muliebrem chorum : Lou toparcha Ki hoan tse recepit eas, et tres dies non fuit regius congressus. Confucius abiit (3).

5. Regni T'chou amens, Tsié yu (4), cantans atque præteriens Confucium, ait : o phœnix, phœnix ! quantum virtus tua debilitata est ! at si præteritum non potest impediri, futurum adhuc potest præverti (5) ; desiste tandem, oh, desiste : in præsens prosequentes administrationem periclitantur. Confucius desiliit, volens cum illo loqui : sed ille profugit et declinavit eum ; nec potuit cum illo loqui.

6. T'chang tsiu et Kié ni, bini stantes arabant. Confucius illos prætervectus misit Tse lou interrogatum de vado. T'chang tsiu ait : ille qui tenet currum quis est ? Tse lou respondit : est Confucius. Ait : estne regni Lou Confucius ? Respondit : ita. Ait : ille cognoscit vadum (6). Petiit a Kié ni. Kié ni ait : tu quis es ? Respondit : sum Tchong yeou. Ait : esne Louani Confucii discipulus ? Respondens ait : ita. Ait : torrentis instar ruens imperium totum ita est, et quisnam sinet immutari (7) ? Porro tu potius quam

---

(2) Recepturus ad munia et census. Ki 1us, Mong 3us erat regni Lou minister.

(3) Tunc temporis Confucius præfectum criminum agebat in regno Lou, eoque successu ut tres post menses legum jus revivisceret. Quod ægre ferens æmulum regnum T'si, dolo progressum cohibuit, donoque misit generosos equos et octoginta ludias.

(4) Sunt qui illud *Tsié yu* interpretantur juxta characterum significationem, scilicet *occurrens currui ;* curru enim vehebatur Confucius.

(5) Sapiens ille ficta amentia delitescens, currui, quo Confucius vehebatur, occurrens, eum redarguit quod non pariter delitescat : phœnix enim, cui Confucium comparat, cum jacet ordo, non apparet. At quicquid sit de præterito, potes, ait, in posterum delitescere.

(6) Hanc enim viam itque reditque pluries.

(7) 以, ut diximus, præter ordinarias acceptiones, 1° valet 爲 agere, 2° usurpatur pro 已 cessare, 3° adhibetur pro 與. Hîc valet 與 secundo tono, dare, sinere.

與其從辟人之士也、豈若從辟世之士哉、耰而不輟、子路行以告、夫子憮然曰、鳥獸不可與同羣、吾非斯人之徒與而誰與、天下有道、丘不與易也、

